2. Alia ſunt ORDINALIA, quæ numerum ordine digeſtum ſignificant de quibus quæritur per quotus *ut Primus, ſecundus, tertius, quartus, quintus. ſextus, ſeptimus, octavus, novus decimus, undecimus, duodecimus, decimustertius & tertiusdecimus. Sic reliqua decimus octavus*

& duo

& duo de vigeſimus, decimus nonus & undevigeſimus. Sic duo de trigeſimus, undetrigeſimus atq́ ita in reliquis. Viceſimus vel vigeſimus, vigeſimus primus, vel alter & vigeſimus Trigeſimus vel triceſimus. Quadrageſimus, quinquageſim⁹, ſexageſimus, ſeptuageſimus, octogeſimus. Octogeſimus primus. Cicero etiam dixit, unus & octogeſimus, nonageſimus, centeſimus, centeſimus primus, & centeſimus alter, Milleſimus.

3. Alia ſunt DISTRIBUTIVA, quæ diſtributionem ſignificant de quibus quæritur per quoteni, *ut ſinguli, bini terni, quaterni, quini, ſeni, ſepteni, octoni, noveni, deni, undeni, duodeni, ternideni, quaternideni, quindeni, ſenideni, ſeptenideni, octonideni, novenideni, viceni, triceni, quadrageni, quinquageni, ſexageni, ſeptuageni, octogeni, nonageni, centeni, duceni, & ducenteni, treceni & trecenteni, quadrigenteni, quingenteni, ſexcenteni, ſeptingenteni, octingenteni, noningenteni, milleni, &c. ut Genicula ſunt tritico quaterna farri ſena, hordeo octona, ſingulis ſunt quatuor ſex, octo genicula.*

1. *Centeni aurei, militibus dati ſunt.* Einem jedern hundert Gülden.

2. Vel

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-574728-p0097-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-574728-p0098-4

2. *Vel centeni aurei ſingulis militibus dati ſunt.*
3. *Vel centum aurei in ſingulos milites dati ſunt.*

At centum aurei militibus dati ſunt, hic ſignificatur univerſis militibus non plus centum aureis datum eſſe.

Diſtributiva etiã ab oratorib⁹ interdũ pro cardinalib⁹ uſurpantur, ut Cicero pueri annorum ſenũ ſeptenûmq; denûm, ſenatoriũ nomẽ nundinati ſunt pro pueri ſedecim vel ſeptendecim annorum

Quæ carent ſingulari diſtributivis gaudent, non cardinalibus, ut binæ, ternæ literæ, terni liberi.

4. Alia ſunt MULTIPLICATA, quæ reſpiciunt multiplicationem, de quibus quæritur per quotuplex. *ut; ſimplex, duplex, Triplex, quadruplex, Item duplum, triplum, quadruplum, Centuplum, millecuplum.*

5. Alia in ARIUS, *ut: Binarius, ternarius, quaternarius, quinarius, ſenarius, ſeptenarius, octonarius, novenarius, denarius vel decenarius, vicenarius, tricenarius, quadragenarius, &c. centenarius, ducentenarius, &c. millenarius, ut Lapis centenarius, i. centum librarum. Homo centenarius, i. e. centum annorum. Grex centenarius, centum capitum. Numerus centenarius qui centum continet Cohors quadringentaria, 400, millum.*

6. Alia in ANUS, *ut Primanus, ſecundanus, tertianus, quartanus, quintanus, ſextanus. &c.*

DE PRONOMINE.

„ PRonomen eſt vox quâ utimur in de-
„ monſtranda aut repetenda re, ubi no-
„ minis repetitio ingrata erit futura.

Pronomina ſunt novendecim.

„ Ego, tu, ſui, ille, ipſe, iſte, hic, is, quis, qui,
„ meus, tuus, ſuus, noſter, veſter, noſtras, ve-
„ ſtras cujus, a, um, & cujas.

„ Pronomini accidunt octo: Species, Si-
„ gnificatio, Genus, Numerus, Figura, Per-
„ ſona, Caſus & declinatio.

Species Pronominum ſunt duæ.

„ Primitiva, *ut*, *Ego*, Derivativa, *ut Meus.*

Pronomina primitivæ ſpeciei ſunt decem.

„ Ego, Tu, Sui, Ille, Ipſe, Iſte, Hic, Is, Quis,
„ & Qui.

Derivativæ ſpeciei ſunt novem.

„ Meus, Tuus, Suus, Noſter, Veſter, No-
„ ſtras, Veſtras, Cujus, a, um, & Cujas.

„ Fiunt enim à genitivis primitivorum.
„ Mei, Tui, Sui, Noſtri, Veſtri, & Cujus.

Significationes Pronominum ſunt ſex.

„ Demonſtrativa, Relativa, Reciproca,

Inter-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-574728-p0101-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-574728-p0102-2

,, Interrogativa, Poſſeſſiva, & Gentilia
,, Demonſtrativa, ut Ego, Tu, Hic, Iſte,
,, Relativa, ut IS, Ipſe, Qui.
,, Ille alias Demonſtrativum, alias Relati-
,, vum eſt.
,, Reciproca, ut, Sui, & Suus, ſic dicta ſunt,
,, quod ad eandem perſonam quæ præcedit
,, ſe reflectant. Rogare juſſit hera, ſi ſe ames,
,, ut ad ſe venias, non ad eam. Nam ſic alia
,, quàm hera intelligitur. Sic Cicero eſt im-
,, memor ſui, Pater non parcit ſibi, dum ſuis
,, conſulat. Deus ſervat hominem propter
,, ſuam bonitatem. Deus non ſervat homi-
,, nem propter ejus bonitatem, i.e. hominis.
,, Interrogativa, ut quis, Cujus, a, um, &
,, Cujas.
,, Poſſeſſiva, ut Meus, Tuus, Suus, No-
,, ſter, Veſter.
,, Gentilia, ut Noſtras & veſtras,

Genera Pronominum ſunt quatuor.

Maſculinum, *ut Meus*, Fœmininum, *ut mea.* Neutrum, *ut Meum.* Omne, *ut Ego, Tu, Sui, Noſtras, Veſtras, Cujas.*

Numeri Pronominum ſunt duo, *ut in no-*

minibus, ſingularis, *ut Ego*, pluralis, *ut Nos.*

Figuræ Pronominum ſunt duæ.

Simplex, *ut Ego.* Compoſita, *ut Egomet, Tute met, Noſtrapte culpa.*

Perſonæ Pronominum ſunt tres.

Prima, *ut Ego.* Secunda, *ut Tu*, Cætera omnia, (*quemadmodum & nomina & participia*) ſunt tertiæ perſonæ, præter Idē & Ipſe, quæ ſunt trium perſonarum. *Nam dicimus, Idem ego, Idem tu. Idem ille. Ego ipſe, tu ipſe, ille ipſe.*

Caſus Pronominum ſunt ſex.

Ut in nominibus. Sed hæc quatuor tantū Vocativū habent. *Tu, Meus, Noſter, & Noſtras.*

Obſervetur hîc diſcrimen genitivorum. Noſtrûm, Veſtrûm, & noſtrorum, veſtrorum.

Noſtrûm aliquis ad te veniet, id eſt, aliquis ex nobis, hic me non excipio. Noſtrorum aliquis ad te veniet, i. aliquis ex noſtris: hic me excipio. Sic veſtrûm & veſtrorum.

Non te noſtri miſeret, vel omnium noſtrûm. Sic pudet me tui pudet me veſtri, & omniū veſtrûm.

Declinantur pronomina varié .1. Alia prorſus irregulariter, *ut Ego, Tu, Sui* .2. Alia certis tantū caſibus anomaliam patiuntur;

ut Ille

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-574728-p0105-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-574728-p0106-4

ut ille, iſte, ipſe, hic, is, Quis, vel qui. 3. Alia prorſus ad exemplum adjectivorum in us, a, um in prima & ſecunda declinatione variantur, *ut cujus, meus, tuus, ſuus, noſter, veſter*. 4. Alia deniq; tertiæ declinationis ſunt, *ut Noſtras, Veſtras & Cujas*.

Declinantur etiam pronomina compoſita; *Iſthic per eos tantùm caſus, qui in C. exeunt, præter Dativum, hoc modo. Nom. Iſthic iſthæc iſthoc vel iſthuc. Accuſ. Iſthunc, Iſthanc, iſthoc, vel iſthuc, Abl. iſthoc, ac, oc. In nom. & accuſ. plurali, neutrius generis Iſthæc. Eodem modo declinatur & illic. Sic Eccum & Eccam in accuſat. ſingulari, Eccos & Eccas in plur. Sic Ellum & Ellam Ellos & Ellas. Neutrum prorſus deficit. Sic Nom. hiccine hæccine hoccine. In accuſativo hunccine hanccine hoccine. In Abl. hoccine haccine hoccine. Plur. hæccine in genere neutro tantùm, Sic Maſc. Quisquis, Neut. Quidquid. In Accuſ. Quemquam, & quicquid. Ablat. quoquo, quaqua quoquo: Cætera uſus docebit.*

DE VERBO.

„VErbum eſt, quod agere aliquid aut pati „ſignificat, ſeu, cui Germanicè præponi

„poteſt, Ich/du/er/es/& Man/ut Doceo,
„ich lehre/Doces, du lehreſt/ Docet, er lehret/
„Decet, es geziemet/ Dicitur, Mann ſagt.

Verbum eſt duplex.

„ Perſonale & Imperſonale.

„ Perſonale eſt, cui præponi poteſt, Ego,
„Tu, ille, *Doceo, doces, docet, Doceor, doceris vel*
„*docere, docetur.*

Verbo perſonali accidunt octo.

„ Genus, Species, Tempus, Modus, Figu-
„ra, Perſona, Numerus, & Conjugatio.

DE GENERIBUS VERBORUM.

Genera Verborum ſunt quinq;.

„ Activum, Paſſivum, Neutrum, Com-
„mune, Deponens.

„ Activum eſt quod in O deſinit, gignitq;
„ex ſe Paſſivum, & Accuſativum admittit,
„*ut Doceo te.*

„ Paſſivum eſt, quod in OR deſinit & ad-
„mittit ablativum cum præpoſitione *à vel*
„*ab, ut Doceor à præceptore.*

Neutrum, ſeu abſolutum eſt, quod in O deſinit, nec format ex ſe paſſivum, nec caſum proprium habet, *ut Sto, Pareo.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-574728-p0109-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-574728-p0110-7

Interdum tamen Accuſativum cognatæ ſignificationis admittit. *ut bibo vinum. Item, caleo ab igne.*

Commune eſt quod in OR deſinit, & alias activè, alias paſſive ſignificat. *Conſolor te, conſolor à te, Criminaris illum, criminaris ab illo. Sed communia ferè paſſivam ſignificationem depoſuêre. Itaq; ſic dicendum eſt. Conſolor te, Tu me viciſſim conſolaris. Etſi ille te criminatur, tu tamen ne illum contra criminêre.*

Deponens eſt quod in OR deſinit, & aut activè ſignificat, *ut precor Deum*, aut neutraliter, *ut Vaticinor, labor, aut paſſivè ut naſcor.*

Participia tamen quædam paſſivè uſurpantur, *ut Meditata ſunt mihi mea incommoda. Reſpublicis literis teſtata. Senes à nobis venerandi & colendi ſunt.*

A me iſta dimenſa ſunt. Vno comitatus Achate. Hac vel vita ipſa ſunt mercanda. Mortem Cæſaris ulciſcendam putat. Sed dolor iſte moderandus eſt.

Tria ſunt verba ſubſtantiva, hoc eſt, quæ nec actionem nec paſſionem, ſed ſubſtantiam ſignificant, *ut Sum, Forem & exiſto.*

DE SPECIE VERBORUM.

Species Verborum ſunt duæ.

Primitiva, *ut Ago, Fugio.* Derivativa, *ut Agito, Fugito.*

Derivativa ſunt quintuplicia:

„ Inchoativa, Frequentativa, Meditativa ſeu Deſiderativa, Diminutiva, & Imitativa.

Inchoativa ſunt, quæ in SCO deſinunt, *ut Labaſco. Caleſco Ingemiſco, Edormiſco, Dulceſco, Repueraſco, Sylveſco,*

Frequentativa ſunt, quæ in TO, SO, aut XO, exeunt, *ut Canto canito, clamito, quærito, victito, pulſo, viſo, vexo Huc referunt fodico, vellico. Neq; hæc tamen ſemper frequentem actionē, ſed ſtudium & conatum, interdum aliud ſignificant, ut capto, id eſt ſtudeo capere. Prenſo. i. ſtudeo prehendere, Viſo. i. eo ad videndum, &c.*

Meditativa ſeu deſiderativa ſunt, quæ in RIO deſinunt, *Eſurio, parturio.*

Diminutiva in LO deſinunt, *ut Sorbillo, Cantillo.*

Imitativa in SO vel ZO, exeunt, *ut Patriſſo, Atticiſſo, Iudaizo, Græciſſo, pro quo Latini Græcor dicere maluerunt, ut Bacchor, Cornicor, Vulpinor.*

DE

DE TEMPORIBUS VERBORUM.

Tempora Verborum ſunt quinque.

Præſens, *ut Amo* ich liebe. *Venio* ich komme.

Præteritum Imperfectum, *ut Amabam* ich liebete. *Veniebam* ich kam.

Præteritum perfectum *ut Amavi* ich habe geliebet. *Veni* ich bin gekommen.

Prçteritum pluſquamperfectum, *ut Amaveram*, ich hatte geliebet. *Veneram* ich war gekommen.

Futurum, *ut Amabo*, ich werde oder wil lieben. *Veniam* ich werde oder wil kommen.

DE MODIS VERBORUM.

Modi verborum ſunt quinque.

Indicativus, *ut diſco.*

Imperativus, *ut diſce.*

Optativus, *ut Vtinam Diſcam vel diſcerem. Vtinam is ſis, qui eſſe debes. Vtinam is eſſes, qui eſſe deberes.*

Subjunctivus, *ut cum diſcam.*

Infinitivus, *ut diſcere.*

Ad modos referuntur Gerundia, *quorum ſunt tres terminationes, DI, DO, DVM, ut diſcendi diſcendo diſcendum.*

Et Supina, *quorum alterum in VM, activè ſignificat, ut vado piſcatum: vel neutraliter, ut, diſcedimus cubitum: alterum in V paſſivè ſignificat ut facile dictu: difficile factu.*

DE FIGURIS VERBORUM.

Figuræ Verborum ſunt tres, Simplex, *ut Ambulo.* Compoſita, *ut Deambulo.* Decompoſita, *ut Prodeambulo.*

Componitur verbum 1. *vel cum* Nomine *ut magnifico* 2. *vel cum* Verbo *ut calefacio* 3. *vel cum* Adverbio *ut benefacio, ſatago,* 4. *vel cum* Præpoſitione *ut perficio præficio.*

Cæterum in compoſitione obſervanda eſt vocalium diphthongorum, & conſonantium mutatio.

A mutatur in E, I & V, ut Halo, anhelo, ago, redigo, Calco, Inculco.

Quædam in compoſitione nihil mutant, ut lacto, ablacto, Halo, exhalo.

E mutatur in I, ut Sedeo inſideo, Æ in I, ut Lædo illido.

AV, in O, V, & E, Plaudo, complodo, Faux, ſuffoco. Claudo, concludo. Audio obedio, vel ut alij. obedio.

Quædam præpoſitiones in Compoſitione ultimam

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-574728-p0117-5

mam literam mutant conformantq́ʒ primæ literæ verbi cum quo componuntur, ut, Occido, oppono, ſuffero, ſuggero, ſummitto (quod etiam ſubmitto dicitur) ſurripio, accurro, afficio, officio, aggrego, alludo, annumero, appareo, arripio, aſſumo, attingo, illuſtro, intelligo, pellicio.

Quædam ultimam alia litera quandoq́ʒ permutant ut acquiro, agnoſco, agnatus, aufero, ſuſcipio, combibo, cognoſco, imbibo, implico.

Quædam ultimam aliquando retinent, ut abduco, admitto, extraho, indico, obrepo, perfero, perlego, interſero.

Quædam literam interponunt, ut ambedo, ambio, amburo, redarguo, redeo, redhibeo.

Quædam literam elidunt, ut aſporto, pro abſporto, circuit pro circumit. Cogo pro coago. Traduco pro transduco.

De perſonis Verborum.

Perſonæ verborum ſunt tres: Prima, *ut Ego lego, Nos legimus.* Secunda, ut, *Tu legis, Vos legitis,* Tertia, ut, *Ille legit, Illi legunt.*

De Numeris Verborum.

Numeri verborum ſunt duo, Singularis, *ut lego.* Pluralis, *ut legimus.*

DE CONJUGATIONIBUS.

„ Conjugatio eſt variatio verbi ſecundum „modos, tempora & perſonas.

Conjugationes Verborum ſunt quatuor.

Prima habet A longum ante Re in Infinitivo activo, vel Imperativo paſſivo, *ut amare.*

Secunda, quę habet E longũ ante Re in Infinitivo activo, vel Imperat. paſſivo, ut *Docere.*

Tertia, quæ habet E breve ante Re in Infinitivo activo, vel Imperativo paſſivo *ut Legere.*

Quarta, quæ habet I longũ ante Re in Infinitivo activo, vel Imperativo paſſivo *ut audire.*

REGULÆ DE PRÆTERITIS & Supinis.

1. A Præterito perfecto. Indicativi formantur tempora, quæ deſinunt in Ram, Sem, Rim, Ro, Se, *ut legerã legiſſem, legerim, legero, legiſſe, à legi. Cætera formantur à præſenti.*

2. Si præterita ſimplicium primam geminant id in compoſitis non obſervatur, *ut Mordeo momordi. Remordeo remordi. Tundo tutudi, Contundo contudi.*

Excipiuntur compoſita, à poſco popoſci. Repoſco repopoſci. Diſco didici. Addiſco addidici. Repungo repupugi. Curro cucurri. Præcurro præcucurri.

Sic percurro, excurro. Decurro, quæ etiam non geminata reperiuntur.

3 Nullum ſupinum geminat principium.

4 Verba in SCO, carent præteritis & ſupinis, pleraq; tamē id mutuantur à primitivis, *ut Diluxit. Seneſco ſenui, Inveteraſco, inveteravi.*

Verbalia, participialia, & quædam adverbia ſupinum indicant, quod vel nunc eſt vel olim in uſu fuit, *ut Adultus indicat ſupinum eſſe adultum. Altilis & altrix altum. Carptim, cæſim, Punctim, Carptum, Cæſum, Punctum Citus excitum, Cenſus cenſum. Frictio frictum. Inſtitor inſtitum. Lautitia & lotio lautu & lotum. Menſura menſum. Meſſor meſſum. Piſtor piſtum. Satio ſatum. Sartor ſartum, non ſarctum, nec ſarcitū. Salſus ſalſum. Salitus ſalitū Senſus ſenſum. Tritura tritum. Fricatio & fricaturus. Item Oſtentū indicant in uſu fuiſſe ſupina Fricatū & oſtentum.*

DE PRÆTERITIS ET SUPINIS
Primæ conjugationis.

„ Verba primæ conjugationis habent AVI
„ in Præterito, ATUM in Supino, ut.

Amo amavi amatum. Secundo ſecundavi ſecundatum, ich mache glückhafftig. *Neco necavi necatum,* ich tödte.

Excipe.

Lavo lavi lotum & lavatum, ich bade/waſche. *Iuvo juvi jutum*, ich helffe. *Domo domui domitũ*, ich zähme. *Sono ſonui ſonitum*, ich laute. *Tono tonui tonitum*, doñere. *Veto vetui vetitum*. verbiete. *Seco ſecui ſectum*, ich ſchneide. *Eneco enecui, enectum*, ich tödte. *Frico fricui frictum*, ich reibe. *Cubo cubui cubitum. Accubo as & accumbo is accubi accubitum. Sic recubo & recumbo. Incubo & incumbo. Crepo crepui crepitum*, ich knarre. *Increpo increpui & increpavi increpatũ*, ich ſchelte. *Diſcrepo diſcrepavi & diſcrepui deſcrepatum*, *Plico plicavi & plicui plicatum* ich falte. *Explico explicavi explicatũ: & explicui explicitum. Duplico & cætera cum nomine compoſita regulam ſequuntur. Mico micui*, ich ſcheine. *Sic Emico emicui. Dimico*, ich ſtreite. *Regulam ſequitur. Do dedi datum. Circundo circundedi, circundatum*, ich vmgebe. *Sic peſſundo*, ich trete vnter den Fuß. *Satĩdo*, ich ſtelle Bürgen oder Pfande. *Venundo*, ich verkauffe. *Cætera ſunt tertiæ. ut Addo addidi additum. Edo edidi editum*, ich laſſe außgehen. *Sto ſteti ſtatum, Inſto inſtiti inſtitum*, ich halte an. *Præſto præſtiti præſtitum*, ich beweiſe. *Inde præſtiturus & præſtaturus, ſic conſtaturus.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-574728-p0125-0

Multa rogare, rogata tenere,
retenta docere,
Haec tria discipulum faciunt
superare magistrum

Parere vult mulier sed non pare-
re marito.

Poto potavi potum & potatum. Labo, ich gleite / falle. *caret præterito & ſupino.*

Præterita Paßiva fiunt à ſupinis activorum, ut ab amatu fit amatus ſum. Sic & deponentia. Opinor opinatus ſum.

Habent & deponentia verba ſua Gerundia & Supina haud ſec⁹ atq; Activa & Neutra, oſculor, oſculandi, oſculando, oſculandū, oſculatū & oſculatu.

DE PRÆTERITIS ET SUPInis ſecundæ conjugationis.

Verba ſecundæ conjugationis, ferè habent in Præterito UI duabus ſyllabis, in ſupino ITUM, *ut Moneo monui monitum*,

Excipe primò quorum Supina tantum variant.

Doceo docui doctum. Cenſeo cenſui cenſum, ich meine. *Miſceo miſcui mixtum & miſtum*, ich vermenge. *Torreo torrui toſtum*, ich brate/röſte

Neutra pleraq; carent ſupinis, *ut Caleo calui*, ich bin warm, *Careo carui*, ich darbe. *Horreo horrui*, ich zittere. *Langueo langui*, ich bin ſchwach. *Pareo parui* ich bin gehorſam. *Item arceo arcui*, ich halte ab. *Timeo timui.*

Quædam tamen ex his nata participia reperiuntur, ut caliturus, cariturus & caſſus. Doliturus, Nociturus.

Excipe ſecundò quorum præterita ac ſupina variant.

B E O.

Iubeo juſsi juſsum. Sorbeo ſorbui, & ſorpſi ſorptum, ich ſchlürffe ein. Sorbitio tamen dicitur.

C E O.

Luceo luxi, ich ſcheine. Polluceo polluxi. Mulceo mulſi mulſum, ich ſtreichle. Demulceo demulſi demulſum.

D E O.

Ardeo arſi arſum, ich brenne. Rideo riſi riſum, Suadeo ſuaſi ſuaſum. Video vidi viſum. Sedeo ſedi ſeſſum. Strideo ſtridi, ich kirre. Pendeo pependi, ich hange. Dependeo dependi. Spondeo ſpoſpondi ſponſum. ich verheiſſe. Deſpondeo deſpondi deſponſum. Tondeo totondi tonſum, ich ſchere. Attondeo attondi attonſum. Mordeo momordi morſum, ich beiſſe. Remordeo remordi remorſum.

E O.

Cieo civi citum, ich errege. penultima brevi, inde Citus & excitus a, um, Item excito. Eſt & Cio civi citum quartæ conjugationis penultima longa Inde excitus, citus. Vieo vievi vietum, vel vietum, ich beuge.

G E O.

Algeo alſi, ich friere. indulgeo indulſi indultum. ich gebe nach. fulgeo fulſi, ich ſcheine. Mulgeo mulſi

Dum iuvat & vultu ridet fortu-
na sereno
indelibatas cuncta sequuntur
opes.

Postquam gaudebis rursum post
gaudia flebis

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-574728-p0132-9

mulſi mulctum, ich melcke. *Turgeo turſi* ich bin auffgeblaſen. *Vrgeo urſi. Augeo auxi auctum*, ich vermehre. *Frigeo frigui & frixi*, ich friere. *Hinc refrigeſco refrixi, Lugeo luxi luctum*, ich heule.

LEO.

Fleo flevi fletum. Deleo delevi deletum, ich leſche auß *Impleo implevi impletum*, ich erfülle. *Oleo olui*, ich rieche. *Aboleo abolevi abolitum*, ich ſchaffe ab. *Adoleo adolui. Hinc adoleſco adolevi adultum*, ich wachſe. *Exoleo exolevi exoletum*, ich kom̃e auß dem Gebrauch. *Inoleo inolevi inoletum*, ich komme in den Gebrauch. *Oboleo obolevi, & obolui obolitum*, ich ſtincke. *Suboleo ſubolui*, ich rieche ein wenig. *Obſoleo obſoleſco obſolevi obſoletum*, ich veralte.

NEO.

Neo nevi netum, ich ſpinne. *Maneo manſi manſũ Permaneo permanſi permanſum. Emineo Eminui*, ich ſcheine herfür. *Immineo imminui*, ich bin gar nahe.

QUEO.

Torqueo torſi tortum, ich beuge. *Liqueo licui*, ich zuſchmeltze. *Deliqueo delicui.*

REO.

Hareo haſi haſum, ich klebe an.

VEO.

Caveo

Caveo cavi cautum, ich hüte. *Faveo favi fautum*, ich gönne. *Hinc fauturus. Paveo pavi*, ich fürchte mich. *Foveo fovi fotum*, ich wärme. *Voveo vovi votum.* ich thu ein Gelübde. *moveo movi motum, Ferveo fervi & ferbui*, ich ſiede. *Deferveſco deferbui, et defervi, Conniveo connivi, & connixi*, ich ſehe durch die Finger.

Præterita paſſiva, formantur à ſupinis, ut.

Doceor doctus ſum, Augeor auctus ſum.

Sic & Deponentia.

Miſereor Miſertus ſum, ich erbarme. *Polliceor pollicitus ſum*, ich ſage zu. *Fateor faſſus ſum*, ich bekeñe. *Confiteor confeſſus ſum. Intueor intuitus ſum.* ich ſehe an. *Medeor*, ich heile. *Caret præterito & ſupino.*

Obſervatio.

Omnia verba in EO ſunt ſecundæ Conjugationis præter decē Conjugationis primæ; *Beo, creo, meo, calceo, enucleo, laqueo, lineo, cuneo, nauſeo, ſcreo: et duo quartæ, Eo, Queo, cum compoſitis.*

DE PRÆTERITIS ET SUPInis tertiæ conjugationis.

Præteritorum & ſupinorum tertiæ conjugationis magna eſt varietas,

BO.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-574728-p0135-5

Si vox est rauca, bibe vinum
quod bibit auca.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-574728-p0136-1

Nubo nupſi nuptum, ich freye. *Scribo ſcripſi ſcriptum. Bibo bibi bibitum. Imbibo imbibi imbibitum. Scabo ſcabi*, ich kratze. *Lambo lambi*, ich lecke. *Incumbo incubui incubitum.*

C O.

Duco duxi ductum, ich führe. *Dico dixi dictum. Vinco vici victum*, ich vberwinde. *Ico ici ictum*, ich ſteche. *Parco peperci & parſi parcitum & parſum.* ich ſchone. *Poſco poposci poſcitum*, ich fördere. *Repoſco repopoſci repoſcitũ. Diſco didici. Paſco pavi paſtum.* ich weyde. *Creſco crevi cretum*, ich wachſe. *Quieſco quievi quietũ*, ich ruhe. *Conſueſco conſuevi conſuetum*, ich gewene. *Noſco novi notum*, ich kenne. *Ignoſco ignovi ignotum*, ich verzihe. *Agnoſco agnovi agnitum. Compeſco compeſcui* [redacted] *compeſcitum.* ich zwinge. *Seneſco ſenui*, ich werde alt. *Sic erubeſco erubui*, ich ſcheme mich. *Sciſco ſcivi ſcitum*, ich ordene. *Reſciſco reſcivi reſcitum*, ich erfahre.

D O.

Rado raſi raſum, ich ſchere. *Ludo luſi luſum. Divido diviſi diviſum*, ich theile. *Lædo læſi læſum.* ich verletze. *collido colliſi colliſum. Claudo clauſi clauſum* ich thu zu. *Rodo roſi roſum*, ich nage. *Plaudo plauſi plauſum*, ich frolocke. *Trudo truſi*

truſum ich ſtoſſe. *Invado invaſi invaſum.* Cedo ceßi ceſſum, ich weiche. Concedo conceßi conceßũ Cado cecidi caſum, ich falle. Occido occidi occaſũ. ich gehe vnter. *Incido incidi abſq; ſupino*, ich falle ein. *Sic cætera compoſita.* Cædo cædi cæſum, ich ſchlage. *Occido occidi occiſũ*, ich ſchlage tod. *Concido cõncidi conciſum*, ich zerſchneide. *incido incidi inciſum*, ich ſchneide ein. *Et cõpoſita à do, ut abdo abdidi abditum*, ich verſteche. Condo cõdidi conditũ, ich mache. *Abſcondo abſcondi abſcõditum & abſconſum* ich verberge. *Credo credidi creditum. Edo edi eſum. Comedo comedi comeſum Rudo rudi*, ich ſchreie wie ein Eſel. *Strido ſtridi*, ich knarre. *Sido* ich ſincke. *Caret præterito. Subſido habet ſubſedi. Sic reliqua compoſita. Cudo cudi cuſum.* ich ſchmiede. *Excudo excudi excuſum. Scando ſcandi ſcanſum*, ich ſteige auf. *Aſcendo aſcendi aſcenſum. Defendo defendi defenſum*, ich beſchirme. *Offendo offendi offenſum*, ich erzürne *findo fidi fiſſum*, ich ſpalte. *diffindo diffidi diffiſſũ. Fundo fudi fuſum.* ich gieſſe. *Mando mandi manſum*, ich kawe. *Pando pandi*, ich ſtrecke vonand. *Dicimus tamen paſſus, a um. Expanſus a, um, & panſa panſa*, ein Platfuß. *Pendo pependi penſum* ich

Qui cadit in plano, vix hoc ta-
men evenit ipsum

Ede bibe lude post mortem nul-
la voluptas.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-574728-p0139-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-574728-p0140-3

ich wege/bezale. *Suſpendo ſuſpendi ſuſpenſum. Prehendo prehendi prehenſum*, ich ergreiffe. *Hinc prehenſo & prenſo as. Scindo ſcidi ſciſſũ.* ich ſchneide. *Conſcindo conſcidi conſciſſum. Tendo tetendi tenſum*, ich ſtrecke/ſpanne. *Dicitur tamen etiam intentus. Oſtendo oſtendi oſtenſum*, ich zeige. *Tundo tutudi tuſum*, ich ſtoſſe. *Retundo retudi retusũ* ich ſtoſſe zurück. Go vel Guo.

Cingo cinxi cinctum, ich vmbgebe. *Tingo tinxi tinctum*, ich tuncke ein. *Ab inuſitato ſtinguo eſt exſtinguo exſtinxi exſtinctum*, ich leſche auß. *Pingo pinxi pictum*, ich male. *Fingo finxi fictum*, ich erdichte. *Stringo ſtrinxi ſtrictum*, ich zuſtricke. *Perſtringo perſtrinxi perſtrictum; Mingo vel mejo minxi mictum. Figo fixi fictum.* ich heffte an. *Frigo frixi frixum*, ich röſte. *Affligo afflixi afflictum* ich plage. *Ago egi actum*, ich thue. *Redigo redegi redactum* ich bringe wohin. *Dego degi*, ich bringe zu. *Cogo coegi coactum*, ich zwinge. *Plango planxi planctum.* ich beklage. *Frango fregi fractum* ich breche. *Pango pepigi pactum*, ich mache feſt. *Compingo compegi compactum*, ich heffte zuſammen. *Tango tetigi tactum*, ich rühre an. *Contingo contigi contactum. lego legi lectum.*

Eligo

Eligo elegi electum, ich erwehle. *Negligo neglexi neglectum*, ich verſeume. *Diligo dilexi dilectum. Rego rexi rectũ*, ich regiere. *Porrigo porrexi porrectum*, ich reiche hin. *Surgo ſurrexi ſurrectum*, ich ſtehe auff. *Pergo perrexi perrectum*, ich fahre fort. *Pungo pupugi, & punxi punctum*, ich ſteche. *Expungo expunxi expunctum*, ich tilge auß. *Repungo repupugi & repunxi repunctum*, ich ſteche wider. *Mergo merſi merſum* ich ſencke ein. *Spargo ſparſi ſparſum*, ich ſtrewe. *Sugo ſuxi ſuctum*, ich ſeuge.

H O.

Veho vexi vectum ich führe. *Traho traxi tractum*, ich ziehe.

L O.

Colo colui cultum, ich ehre. *Conſulo conſului conſultum*, ich rathe/oder rahtfrage. *Occulo occului occultum*, ich verberge. *Hinc occultus*, *Molo molui molitum*, ich mahle. *Alo alitum & altum*, ich ernere. *Volo volui. Vello velli vulſum*, ich reiſſe auß *Revello revelli revulſum*, ich betriege. *Hinc falſus. Refello refelli*, ich wiederlege. *Pello pepuli pulſum*, ich vbertreffe. *Hinc excelſus. Percello perculi perculſum*, ich ſtoſſe nider. *Tollo ſuſtuli ſublatum*, ich neme weg.

M O.

Vomo vomui vomitum, ich ſpeye. *Gemo gemui gemitum*, ch ſeufftze. *Emo emi emptũ*. ich kauffe.

Fallere credentem non est opero-
sa puellam.
Gloria simplicitas digna fa-
vore fuit.

Redimo redemi redemptum, ich erlöſe. *adimo ademi ademtum*, ich nehme weg. *Premo preßi preſſum. Reprimo repreßi repreſſum* ich halte ein. *Sumo ſumſi ſumtum*, ich nehme. *Como comſi comtum*, ich ſchmücke. *Demo demſi demtum*, ich nehme ab.

N O.

Sperno ſprevi ſpretum, ich verachte. *Decerno decrevi decretum*, ich vrtheile/erkenne. *Sterno ſtravi ſtratum* ich ſtrewe/decke. *Sino ſivi ſitum*, ich laſſe zu. *Lino levi litum*, ich ſchmiere. *Illino illevi illitum*, ich beſchmire. *Cano cecini cantum. Accino accinui accentum*, ich ſinge darein. *Pono poſui poſitum*, ich lege. *Temno temſi temtum*, ich verachte. *Gigno genui genitum*, ich gebere.

P O.

Carpo carpſi carptum, ich breche ab. *Decerpo decerpſi decerptum. Repo repſi reptum* ich krieche. *Serpo ſerpſi ſerptum. Scalpo ſcalptum*, ich kratze. *Sculpo ſculpſi ſculptum*, ich hawe auß. *Inſculpo inſculpſi inſculptum*, ich hawe ein. *Rumpo rupi ruptum*, ich breche. *Strepo ſtrepui ſtrepitum*, ich rauſche.

Q U O.

Relinquo reliqui relictum, ich verlaſſe. *Coquo coxi coctum*, ich koche.

R O.

Tero

Tero trivi tritum ich ſtoſſe/reibe *Quæro quæſivi quæſitum*, ich ſuche. *Sero ſevi ſatum*, ich ſee. *Inſero inſevi inſitum*, ich pflantze ein. *Inſero inſerui inſertum* ich menge ein. *Adſero adſerui adſertum*, ich errette. *Conſero conſerui conſertum*, ich vermenge. *Conſevi conſitum* ich beſee. *Obſero obſevi obſitum*, ich beſee. *Vro vßi uſtum*, ich brenne. *Curro cucurri curſum*. *Occurro occurri occurſum*, ich begegne. *Verro verri verſum*, ich fege. *Fero tuli latum*. S O.

Laceſſo laceßivi laceßitum, ich reitze an *Acceſſo accerſivi accerſitum*, ich fördere. *Arceſſo arceßivi arceßitum*, ich klage an. *Faceſſo faceßivi faceßitum*, ich ſtelle ins werck. *Inceſſo inceßi*, ich fahre an/ſchelte. *Viſo viſi*, ich gehe zu beſehen. *Capeſſo capeßi*, ich greiffe an. *Pinſo pinſui piſtum & pinſitum*, ich zuſtoſſe/mahle/backe.

Meto meſſui meſſum, ich meie. *Sterto ſtertui*, ich ſchnarcke. *Flecto flexi flexũ*, ich beuge. *Plecto plexi plexum*, ich ſtraffe. *Pecto pexui & pexi pexum*, ich kemme. *Verto verti verſum*, ich kehre/wende. *Peto petivi petitum*. *Mitto miſi miſſum*. *Siſto ſtiti ſtatum* ich ſtelle da. *Exiſto exſtiti exſtitum*, ich bin.

V O. *Velvo*

Volvo volvi volutum, ich weltze. *Solvo ſolvi ſolutum*, ich löſe auff. *Vivo vixi victum*.

X O.

Texo texui textum, ich webe.

C I O.

Facio feci factum Reficio refeci refectum, ich beſſere. *Benefacio benefeci benefactum*, ich thu wol. *Iacio jeci jactum*, ich werffe. *Adjicio adjeci adjectum*, ich thu hinzu. *Ab inuſitato ſpecio eſt Aſpicio aſpexi aſpectum*, ich ſehe an. *Deſpicio deſpexi deſpectum*, ich ſehe herab/verachte. *Suſpicio ſuſpexi ſuſpectum*, ich ſehe hinauff/achte hoch. *Ab inuſitato Lacio eſt Elicio elicui elicitum*, ich bringe herauß *At Pellicio pellexi pellectum*, ich reitze zu. *Sic reliqua compoſita*.

D I O.

Fodio fodi foſſum, ich grabe. *Effodio effodi effoſſum*.

P I O.

Capio cepi captum, ich nehme. *Rapio rapui raptum*, ich reiſſe weg. *Cupio cupivi cupitum*, ich begehre. *Sapio ſapui*, ich ſchmecke/bin weiß. *Deſipio deſipui. Reſipiſco reſipui*, ich werde wieder weiß.

R I O.

Pario peperi partum, ich gebere. *Inde parituras parturio*.

T I O.

Quatio quaßi quaſſum, ich ſchütle. *Concutio concußi concuſſum.*

VO diſyllabum.

Arguo argui argûtum, ich zeige an/ſtraffe. *Imbuo imbui imbutum*, ich netze. *Induo indui indûtum* ich ziehe an. *Struo ſtruxi ſtructum*, ich bawe. *Fluo fluxi fluxum*, ich flieſſe. *Fluctus tamen etiam dicitur. Luo lui*, ich leide. *hinc luiturus. Diluo dilui dilutum*, ich vermenge. *Ruo rui rutum*, ich falle nider *Diruo dirui dirutũ*, ich reiſſe nieder. *Pluo plui plutũ.* ich regene *hinc complutûm.*

Præterita paßiva formantur à ſupinis, ut legor lectus ſum. Quæror quæſitus ſum, ich werde gefraget/geſucht.

Deponentia ſequuntur formam paſſivorum.

BOR.

Labor lapſus ſum, ich falle. *Elabor elapſus ſum*, ich entkomme.

COR.

Adipiſcor adeptus ſum, ich vberkomme. *Nanciſcor nactus ſum. Comminiſcor commentus ſum*, ich erdichte. *Defatiſcor defeſſus ſum*, ich werde müde. *Expergiſcor experrectus ſum* ich erwache *Iraſcor iratus ſum*, ich zürne. *Naſcor natus ſum* ich werde geboren. *Obliviſcor oblitus ſum* ich vergeſſe.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-574728-p0151-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-574728-p0152-9

vergeſſe *Vlciſcor ultus ſum*, ich reche. *Paciſcor pactus ſum*, ich werde eins *Proficiſcor profectus ſum*, ich reiſe. *Reminiſcor*, ich werde wieder eingedenck/ & *Veſcor*, ich eſſe. *carent præterito.*

GOR.

Fungor functus ſum, ich verwalte ein Ampt.

QUOR.

Loquor locutus ſum. Sequor ſecutus ſum.

ROR

Queror queſtus ſum, ich klage. *Conqueror conqueſtus ſum.*

TOR.

Amplector amplexus ſum, ich vmbfahe. *Nitor niſus vel nixus ſum*, ich bin gegründet. *Vtor uſus ſum*, ich gebrauche.

OR purum.

Fruor fructus & fruitus ſum ich genieſſe *Inde fruiturus. Gradior greſſus ſum*, ich gehe. *Aggredior aggreſſus ſum*, ich greiffe an. *Morior mortuus ſum*, ich ſterbe. *Orior ortus ſum*, ich entſpringe/ gehe auff. *oriturus, oriri quartæ eſt. Patior paſſus ſum*, ich leide. *Perpetior perpeſſus ſum.*

DE PRÆTERITIS ET SUPINIS quartæ conjugationis.

Verba quartæ conjugationis habent in

præterito IVI, in ſupino ITUM, *ut Ambio ambivi ambitum, hinc ambitus, a, um,* Ovid.

Iuſsit & ambita circundare littora terræ.

Indidem tamen eſt Ambitus, us & Ambitio.

Cio civi citum, ich bewege. *Excio excivi excit*ū ich fördere auß. *Condio condiviconditū,* ich würtze/ſaltze ein. *Suffio ſuffivi ſuffitum,* ich reuchere.

A regula diſcedunt.

Aperio aperui apertum, ich thu auff. *Operio operui opertum,* ich bedecke. *reperio reperi repertum,* ich erfinde. *Comperio comperi compertum,* ich erfahre. *Eo ivi itum. Abeo abivi abitum, Veneo venivi, & venij,* ich werde verkaufft. *Quod eſt à Venum & eo. Vt venundo & vendo, à venum & do. Queo quivi quitum,* ich kan. *Nequeo nequivi nequitum,* ich kan nit. *Farcio farſi fartū,* ich fülle ſtopffe. *Refercio referſi refertū. Fulcio fulſi fultum,* ich ſtütze. *Haurio hauſi hauſtū,* ich ſchöpffe. *Salio ſalui, & ſalij ſaltum,* ich ſpringe. *Inſilio inſilui, & inſilij inſultū,* ich ſpringe worauff. *Sancio ſancivi ſancitum, & ſanxi ſanctū* ich befreſtige. *Vincio vinxi vinctum,* ich binde *Sarcio ſarſi ſartum,* ich neige/ſticke. *Reſarcio reſarſi reſartum. Sentio ſenſi ſenſum,* ich mercke/ befinde.

conſentio conſenſi conſenſum, ich bin einer meynung *Sepio ſepſi ſeptum*, ich zeune. *Sepelio ſepelivi ſepultum*, ich begrabe. *Venio veni ventum*, ich komme. *Ferio*, ich ſchlag. *caret præterito & ſupino.*

Præterita paſſiva fiunt à ſupinis Activorum, ut, *Audior auditus ſum.*

Sic Deponentia.

Blandior blanditus ſum, ich liebkoſe. *Largior largitus ſum*, ich gebe mildiglich. *Molior molitus ſum*, ich unterſteh. *Potior potit⁹ ſum*, ich erlange.

Excipe.

Experior expertus ſum, ich verſuche. *Operior opertus ſum*, ich erwarte. *Metior menſus ſum*, ich meſſe. *Ordior orſus ſum*, ich fange an.

DE ANOMALIS, Von den verbis die nit nach der gemeinen weiſe conjugiret werden.

Neutra paſſiva vocarunt, quæ cum in O deſinant præteritum tamen formant more paſſivorum, *ut, Audeo auſus ſum*, ich dürffe. *Fido fiſus ſum*, ich trawe. *Gaudeo gaviſus ſum*, ich frewe mich. *Mæreo mæſtus ſum*, ich bin betrübet. *Soleo ſolitus ſum*, ich pflege.

His additur, Fio factus ſum, Paßivum anomalum verbi facio, quod etiam neutrale paßivum eſt.

Notandum hîc: Facior quidem non dici, ſed compoſita nihilominus in uſu eſſe, Conficior, Perficior, Efficior & in omnibus temporibus.

Neutralia paſſiva vocant, quæ licet deſinant in O, paſſivè tamen ſignificant, *ut Vapulo*, ich werde geſchlagẽ. *Veneo*, ich werde verkaufft. *Hic veniit abs te, prius quã Romã veniret.*

Liceo, ich bin feil / werde geſchetzet. *& exulo*, ich bin im Elend. *neutra potius videntur.*

Quædam verba eadem ſignificatione per O & OR efferuntur, ut.

Aſſentio aſſenſi, et aſſentior aſſenſus ſum, ich falle bey. *Fabrico fabricavi, & fabricor fabricatus ſum* ich bawe. *Fœnero fœneravi & fœneror fœneratus ſum*, ich neme vff wucher. *Impertio impertivi, & impertior impertitus ſum*, ich theile mit. *Iurgo jurgavi & jurgor jurgatus ſum*, ich ſchelte. *Lacrymo lacrymavi & lacrymor lacrymatus ſum*, ich weine. *Mereo merui & mereor merit⁹ ſum*, ich verdiene. *Populo populavi & populor populat⁹ ſum* ich verwüſte. *Remunero remuneravi, & remuneror remuneratus ſum*, ich ſchencke / verehre.

Quædam habent duplex præteritum, ut:

Cœno cœnavi & cœnatus ſum. Prandeo pran-

Dúcere est virorúm, & núbere est
mulierúm.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-574728-p0160-4

di & pranſus ſum. Nubo nupſi & nuptus ſum. Revertor reverti & reverſus ſum. Dicimus, diverto, & divertor diverti.

Quædam verba modò activè, modò abſolutè ſignificant, ut.

Moror, offendo ſufficio, ſuppedito, vario. Nil iſta moror: & paulíſper apud aliquem morari.

Offendit principem, offendit latus, & offendit in tenebris. Hæc non ſufficiunt. Item animos & vires ſufficere, Suppeditare alicui neceſſaria. Para ea, quæ ad victum ſuppeditent. id eſt ſuppetant.

Variare locum, orationem: & ſententiæ variant de hoc variant autores.

Ad Anomala pertinent & ſum, Volo, Fero, quæ ex Donato petantur.

Edo edis edit, vel edo es eſt. Ab audeo auſim auſis, &c. Eo ibam ibo. Queo quibam quibo. Veneo venibam venibo. Sic & cætera compoſita.

DE DEFECTIVIS. Von den verbis die nicht vollkommen conjugiret werden.

Præſens. *Ajo, ais, ait, & plural. ajunt. Imperf. Ajebam, bas, bat, & plural. ajebamus, batis, bant. Imperat, Ai vel ajas, ajat. & plur. ajamus, ajant.*

Imperativo, *Ave, & plur. avete. Futur. Aveto. & plur. avetote.*

Futuro, *Salvebis*, *Imperativo*. *Salve ſalvete*, *Infinitivo*, *Salvere*.

Cedo i.e. dic vel da. Cedite i. dicite vel date.

Indicativi Futuro *Faxo id eſt, faciam. Subjunctivo. Singulariter. Faxim faxis faxit, Pluraliter. Faxitis, faxint.*

Utinam *Forem, res, ret, & Pluraliter. forent Infinitivo, Fore.*

Præſens, Inquio ſeu inquam inquis inquit, & pluraliter inquiunt. Præterito perfecto. Inquiſti inquit, Futurum, inquies, & pluraliter inquient, Imperativo Inquie, inquiete, inquiat.

Indicat. præſ. *Quaſo quæſumus.*

Odi. ich haſſe vnd hab gehaſſet. *Capi*, ich fahe an/vnd hab angefangē *Memini*, ich gedencke/ vñ hab gedacht. *Novi* ich keñe vnd hab gekant. *carent iis temporibus quæ à præſenti deſcendunt. Dicimus tamen, Memento & mementote. Dico, Duco, Facio, Fero habẽt in Imperativo. Dic, Duc, Fac, Fer. Compoſita autem à Facio A. in I. mutantia nihil mutant, ut Confice, perfice, effice, refice.*

Perſonæ, Dor, For, non ſunt in uſu.

DE VERBIS IMPERSONALIBUS.

Imperſonale eſt, *cui non poteſt præponi. Ego, Tu. Ille.* Imperſonale eſt.

Duplex *Aliud activæ vocis, ut decet*, es gezimet. *Aliud paſſivæ, ut Statur*, Man ſtehet.

Conjugantur autẽ Imperſonalia, quemadmodum verba perſonalia in tertia perſona ſingularis numeri, *Decet me, te, illum. Decet nos, vos, illos.*

Decebat, decuit, decuerat, decebit, deceat, deceret, decuiſſet, decuerit, decere, decuiſſe.

Sic amatur, amabatur, amatum eſt vel fuit.

Imperſonalia paſſivæ vocis, formantur tantùm ab Activis & Neutris, *ut Legitur, ſtatur, Neque enim dicimus: Concionatur*, man predigет. *Nam concionor eſt verbum deponens.*

Imperſonaliũ activæ vocis hic fere eſt numerus, *Accidit*, es begibt ſich. *conducit*, es nützet. *conſtat*, es iſt offenbar. *contingit*, es wiederfehret. *decet*, es gezimet. *delectat*, es belüſtiget/ *eſt* es gebühret. *evenit*, es begibt ſich. *expedit*, es nutzet. *intereſt*, dar iſt angelegen *juvat*, es belüſtiget. *libet*, es lüſtet. *licet*, es iſt vergönnet *liquet*, es iſt richtig. *miſeret*, es erbarmet. *placet*, es gefelt. *poteſt*, es kann. *præſtat*, es iſt beſſer. *piget*, es verdrieſſet. *Pænitet*, es gerewet. *pudet*, es ſchemet. *Refert*, dar iſt angelegen.

reſtat, es iſt übrig. *ſolet* es pfleget. *ſufficit*, es iſt gnug. *tædet* es verdrieſſet. *vacat*, es hat zeit.

Quæ eadem his verſiculis comprehenduntur,

Contigit, evenit, præſtat, reſtatq; vacatq;.
Sufficit, & conſtat, liquet, expedit, atq; licebit,
Convenit atq; placet, libet accidit & conducit.
Et ſolet atq; poteſt, refert, eſt intereratq;. (eſt.
Pœnitet, atq; piget tædet, pudet atq; miſertum
Cum quib⁹ adde juvat, debet, & delectat, oportet.

Quædam Imperſonalia præteritum variant.

Cœpit & cœptum eſt, libet libuit, & libitum eſt, Licet licuit & licitum eſt. Miſeret miſertum eſt. Piget piguit & pigitum eſt. Placet placuit & placitum eſt, Pudet puduit & puditum eſt. A tædet eſt pertæſum eſt.

DE PARTICIPIO.

„Participium eſt nomen Verbale ſignificans tempus.

Participio accidunt ſex:

„Genus, Numerus, Figura, Caſus, Tempus & Significatio.

Participia ſunt generis omnis.

Ex his quæ in NS deſinunt, unam terminationem habent, *ut hic & hæc & hoc amans, legens.* Cætera tribus terminationibus varian-

tur.

tur, *ut hic lectus, a, um, ſic lecturus & legendus.*

Numeri participiorum ſunt.

Duo: ut in nominibus, *ut Legens, legentes.*

Figuræ participiorum ſunt.

Duæ: Simplex, *ut Spirans,* Compoſita, *ut Reſpirans.* *Caſus Participiorum ſunt.*

Sex: ut in Nomine.

Tempora participiorum ſunt.

Tria: Præſens in NS, *ut legens.* Præteritum in Tus, Sus, Xus, *ut Lectus, viſus, Fixus.* Futurum activum in Rus, *ut Lecturus.* Futurum paſſivum in Dus, *ut Legendus.*

Præſens formatur à præterito imperfecto mutato BAM vel BAR in NS. *ut amabam amans, Loquebar loquens.*

Excipe Iens ab ibam. Sic abiens, rediens.

Præteritum formatur à poſteriore ſupino, addito S, *ut Amatu, amatus.*

Futurum activ. formatur itidem à ſupino poſteriore addito Rus, *ut Amatu, amaturus.*

Futurum paſſivum à participio præſenti, mutato S in Dus, *ut Amans amandus.*

SIGNIFICATIO PARTICIPIORUM ſpectatur ex genere verbi.

Nam activè ſignificant, quæ ab activis,

paſſivè, quæ à verbis paſſivis veniunt. *Et ſic de cæteris.*

Duo participia veniunt à verbis activis.

Præſens, *ut Amans.* Futurum, *ut Amaturus.*

A paſſivis duo. Præteritum, *ut Amatus.* Futurum, *ut Amandus.*

Cæterum meminerint hic pueri, non eſſe in hunc modum cum vulgo loquẽdum. Spero quod amandus ſim, aut me amandum eſſe. Sed ſpero, me, te, illum illã, nos, vos, illos illas amatum iri.

Illa in DUS ſic uſurpabunt. Hic amandus eſt, i. e. dign⁹ qui ametur. Non omnibus datum eſt aut facere ſcribenda, aut ſcribere legenda: ſcriptu aut lectu digna. Item legendo Cicerone profeci, & ut ſpero, porro etiam proficiam. i. Legens, ſeu dum legi, dum lego, & dum legam Ciceronem, &c.

A Neutris.

Duo, Præſens. *ut Currens.* Futurum, *ut Curſurus.*

A Communibus.

Quatuor præſens, *ut Conſolans.* præteritum *ut Conſolatus.* Futurum activum. *ut Conſolaturus*, Præteritum *ut Conſolandus.*

A Deponentibus.

Tria, Præſens, *ut Loquens.* Præteritum, *ut*

 Loquutus.

Loquutus. Futurum, *ut Loquuturus*. Aliquando quatuor quando videlicet verbũ ipſum paſſive uſurpatur. *ut Sequendus, Hortandus, Imitandus, Tuendus, Vtendus. Nam hæc aliquando fuêre communia.*

Eodem modo tum quæ duplex habent præteritum ut cæno, tum quæ Neutro paſsiva vocant, triplicia participia faciunt ut gaudeo gaudens, gaviſurus. Ab Imperſonalibus quæ non recipiunt perſonalium voces, nulla extant participia. Excipe pudens, pudendus, pænitens pænitendus, pertæſus, Licitus, Libens.

PARTICIPIA TRIBUS MODIS degenerant in nomina.

„1. Compoſitione, cum videlicet adjun„ctam habet præpoſitionem, quæ verbo „aptari non poteſt, *ut Impexus, indoctus, Inno„cens inſulſus.*

Quædam tamen ſunt, quæ compoſitione participia eſſe non deſinunt, ut: Hæc facta ſunt me inſperante, me inſciente, me indicente: Incognita, inaudita, indicta cauſa.

2. Amiſſione caſus, quem verbum regit, *ut Amans pecuniæ Fugitans litium, patiens miſeriarum. Tolerans. laborum.* 3. Amiſſi,

3. Amiſſione temporis. *Acceptus pro gratus*. *Doctus pro peritus*. *Temperans pro modeſtus*.

Atq; eadem etiam tempore amiſſo comparantur, *ut Obſervans, obſervantior, obſervantiſsimus æqui*.

DE ADVERBIO.

„ ADverbium eſt, quod verbo adjectum, „ ſignificationem ejus explanat atque „ implet, *ut, Venit properè, videt acutè, Scribit* „ *eleganter*. *Adverbio accidunt*.

„ Quatuor: Species, Figura, Significatio & „ comparatio.

Species Adverbiorum ſunt.

Duæ: Primitiva, *ut Cras, Heri*.

Derivativa, *ut à pars partim, à vir viritim, à Citus, citè, à Peragro, peregrè, à Furor furtim, ab abundans abundanter*.

Derivantur Adverbia ab omnibus Orationis partibus, præter conjunctionem & Interjectionem.

Figuræ Adverbiorum ſunt.

Duæ; Simplex, *ut Hinc*.

Compoſita, *ut Abhinc*.

Significatio Adverbiorum eſt multiplex.

Alia enim ſunt. 1. Ad-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-574728-p0173-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-574728-p0176-3

1. Adverbia loci eaq; quadruplicia. Alia enim ſignificant.

I. In loco. *Vbi, ibi, hic, ubi ego ſum, iſtic, ubi tu es. Illic, ubi ille eſt. Alicubi, intus, foris, antè, ponè, infrà, ſupra, extra, extrinſecus, intra, præſto, ubique ubivis, ubicunq;.*

II. De loco. *Vnde, inde, iſtinc, illinc, alicunde, undiq; undicunq; cœlitus, funditus, radicitus, infernè ſupernè.*

III. Ad locum. *Quò, eò, huc, iſtuc, illuc, aliquò, ultrò, neutrò, ſiquò, nequò, intro. Foras ſic, Quorſum, ſurſum, deorſum.*

Peregre & in loco & de loco, & ad locum ſignificat, ut peregrè abſum, peregrè abeo, peregrè redeo.

IV. Per locum. *Quà, hàc, iſtàc, illàc, aliquà, ſiquà nequà.*

Adverbia pro varia ſignificandi poteſtate variæ appellationes ſortiuntur,

Sic Adverbia loci interdum tempus ſignificant, *ut Hic & ibi pro, tum, Vbi, pro poſtquam.*

Sic tantum *alias intendendi alias minuendi vim habet. Vt alias ſimilitudinis alias optandi, alias intendendi particula eſt.*

2. Temporis, *Quando, cras, hodie, pridie, poſtridie.*

ſtridie, perendiè, heri, nudiuſtertius, nudiuſquartus, etc. Modò, mox, olim, pridē, nuper, dudū, manè, veſperi, noctu, interdiu, tantiſper, parumper, pauliſper.

3. Numeri. *Quoties, toties, ſemel, bis, ter, quater quinquies, ſexies, ſepties, octies, novies, Decies, undecies, duodecies, tredecies, & decies ter, &c. Quaterdecies, quindecies, ſexdecies vel ſexies decies. Decies ſepties, decies octies, decies novies. Vicies, vicies ſemel, vel ſemel & vicies &c. Tricies, quadragies, quinquagies, ſexagies, ſeptuagies, octogies nonagies. Centies, ducenties, tricenties, quadringenties, quingenties, ſexcenties, ſeptingenties, octingenties, nongenties. Millies. Item hac bifariam, trifariam, multifariam, &c.*

4. Affirmandi. *Ita, quidni, certè, næ, profectò, nempe, ſcilicet, videlicet, nimirū, planè, maximè.*

5. Negandi, *Non, haud, haudquaquam, minimè nequaquam, neutiquam.*

6. Demonſtrandi *En, ecce.*

7. Declarandi. *Nempe, ſcilicet, videlicet, nimirum.*

8. Optandi. *Vtinam ò, ô ſi.*

9. Hortandi. *Eja, age, agite, agedum, Sis (id eſt ſi vis) Sodes (id eſt ſi audes.)*

10. Ordinis. *Primò, deinde, tum, poſtea, præterea, porro, deniq; poſtremo, protinus.*

11. In-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-574728-p0179-3

11. Interrogandi. *Cur, quare, quamobrem, num, an, annon, anne.*

12. Similitudinis. *Quaſi, ceu, tanquam, ſicut, ſicuti, velut, veluti, propè, æquè, perinde, ac ſi, non aliter non ſecus, non minus, item &c.*

13. Qualitatis. *Benè, malè, doctè, pulchrè, fortiter, cæſim, punctim, ſapienter, prudenter, benignè, perbenignè.*

14. Quantitatis *Multum, paulum, paululum, pauxillum, nimium, parum i. non ſatis, modicè.*

15. Intendendi, *Valdè, prorſus, admodũ, apprimè, vehementer, omninò, penitus, perop⁹, perquã.*

16. Remittendi. *Senſim paulatim, pedetentim*

17. Dubitandi. *Forſan, forſitã, fortaſsis, fortaſſe*

18. Perſonalia. *Quicum, mecum, tecum, ſecum, nobiſcum, vobiſcum.*

19. Vocandi *ô Heus,*

20. Reſpondendi. *Hem, hei.*

21. Separandi. *Seorſum, Separatim, Sigillatim, privatim, ſecus, aliter, duntaxat, ſolum,*

22. Jurandi. *Ædepol, Æccaſtor, hercle, mehercle medius fidius, quæ Ethnicis relinquantur.*

23. Eligendi vel corrigendi. *Poti⁹, magis, imò.*

24. Congregandi. *Simul, unà, pariter, collectim ſummatim.*

25. Pro-

25. Prohibendi. *Ne, nequam.*
26. Comparandi. *Magis, minùs, tàm, quàm.*
27. Eventus. *Fortè, fortuitò.*

Adde Excludendi, *ut: Solùm, tantùm, modò, dundaxat, pax &c.*

Item Concedendi *ut: Eſtò, Fac, ſit, ſanè.*

COMPARATIO.

Comparantur Adverbia ab adjectivis orta. *Benè melius optimè. Malè pejus peßimè. Doctè doctiùs doctißimè. Invitè invitius invitißimè. Sæpè ſæpiùs ſæpißimè. Diu diutius diutißimè. Nuper nuperrimè. Parum minùs minimè. Magis maximè. Secus ſecius. Potius potißimùm & potißimè.*

DE CONIVNCTIONE.

„ CONjunctio eſt, quæ conjungit ordi-
„ natque ſententiam.

„ Conjunctioni accidunt. Figura, Pote-
„ ſtas & Ordo.

Figuræ ſunt duæ. Simplex, *ut Quando.* Compoſita *ut Quandoquidem.*

Poteſtas ſeu ſignificatio eſt.

Sextuplex; *Aliæ enim ſunt*, Copulativæ, *aliæ*, Diſiunctivæ, *aliæ*, Adverſativæ, *aliæ*, cauſales. *aliæ*, Ratiocinativæ, *aliæ*, Approbativæ.

Copu-

Copulativæ conjunctiones ſunt, *Ac, &, atq́ etiam, que quoq́, ſimul, cum, tum.*

Diſiunctivę ſūt, *Ve, vel, aut, ſive ſeu, nec, neq́.*

Adverſativæ, *At, aſt, ſed, verùm, verò, porrò, atqui, quanqam, quamvis, autē, etſi, licet, tamen.*

Cauſales, *Nam, namq́, enim, etenim, enimverò, quia, quoniā, quandoquidē, ni, niſi, ſi, ſiquidē.*

Ratiocinativæ, *Ergo, ideo, igitur, idcirco, quapropter, proinde quocirca, quamobrem.*

Approbativæ, *Quidem, equidem.*

DE ORDINE.

Alia ſunt Præpoſitivæ, *alia ſunt* poſtpoſitivæ.

Præpoſitivæ ſunt, *nā, quare, etenim, at, aſt, &c.*

Poſtpoſitivæ ſunt, *Etenim, autem, quoq́, vero, &* Encliticæ, *Quæ, ne, ve.*

Indifferenter præponuntur aut poſtponuntur.

Enim verò, ergo, igitur, ita, itaq́, quoniam, ſeu, ſive, &c.

DE PRÆPOSITIONE.

„PRæpoſitio eſt, quæ aliis dictionibus „præponitur, & interdum Accuſativo, „interdū Ablativo, interdum utriq; ſervit.

Una & triginta præpoſitiones ſerviunt accuſativo. *Ad, adverſus, vel adverſum, ante, apud, circa, circiter circum, cis, citra, contra, erga,*

extra, infra, inter, intra juxta, ob, penes, per, pone, poſt, præter, prope, propter, ſecundum, ſecus, ſupra, trans, verſus, ultra & uſq;.

Quindecim ſerviunt Ablativo.

A, abs, abſq;, clam, coram, cum, de, è, ex, palam, præ, pro, ſine, & tenus.

Verſus & tenus, *ſuo caſui poſtponuntur, uſque modò præponitur, modò poſtponitur.*

Quatuor ſerviunt utrique caſui.

In, ſub, ſubter, & ſuper.

Præpoſitiones inſeparabiles ſunt ſex.

An, con, di, dis, re & ſe.

DE INTERIECTIONE.

„ INterjectio eſt, quæ animi affectum voce
„ inconditá ſignificat,

Admirationem. *Papæ.*

Comminationem. *Væ.*

Deteſtationem. *Apage.*

Dolorem. *Heu, eheu, hei, ah.*

Gaudium. *Evax, io io,*

Hortationem. *Eja. euge.*

Indignationem. *Hem, proh.*

Irriſionem. *Hui, vah.*

Metum. *At, at.*

Riſum. *Ha, ha, ha.* Silentium. *ſt.*

DE SYNTAXI.

"Syntaxis eſt quę rationem tradit conjun„gendarum dictionum ſeu contexendæ „orationis.

Syntaxis conſtructio eſt duplex.

Regularis & figurata. [tur.

„ Regularis quæ regulas communes ſequi-

DE CONSTRUCTIONE REGUlari, & primum quidem nominis ſubſtantivi

1. Duorum ſubſtantivorum quæ rem eandem ſignificant eſt idem caſus, id appoſitionem vocant, *ut: Flumen Rhenus. Vrbs Athenæ, effodiuntur opes irritamenta malorum. Piſcis mas Piſcis fœmina. Inſula Rhodus. Mons Cauſaſus. M. Craſſus, mancipium Pluti. Invenies tamen: Vrbs Patavi. Vrbs Buthroti, pro Buthrotum. Mons Aventini, quæ rara ſunt, & poëtica.*

2. Duorum ſubſtantivorum, quæ res diverſas ſignificant, alterum eſt genitivi caſus *Et tum aptè quæri poteſt, cujus? vel*, Subſtantivum cum ſubſtantivo genitivo caſu jungitur. *ut, Lex Dei eſt regula vitæ. Suavitas non mediocre condimentum eſt amicitiæ*

3. Eadem ratio & pronominũ primitivorum

rum eſt, quando abſolutè pro ſubſtantivis ponuntur, *ut, Hic illius arma, hic currus fuit.*

4. Adjectiva neutro genere pro ſubſtantivis uſurpata ſubſtantivorum more genitivum adſciſcunt, quod Atticiſmum nominant, ut, *Multum pecuniæ, Id negotij. Id loci. Omnia hominum, i.e. Omnes res hominum. Omnia amicorum ſunt communia.*

5. Subſtantivorum quædam Genitivum, quædam ablativum, quædam utrumvis caſum adſciſcunt, idq́; interveniente ejuſdem caſus adjectivo, quod laudationem aut vituperationem continet, *ut, Non multi cibi hoſpitem accipies, ſed multi joci. Vir magni conſilij. Ingenui vultus puer, ingenuiq́; pudoris, vel ingenuo vultu puer, ingenuoq́; pudore. Homo antiqua virtute & fide. Civitas æquiſſimo jure & fœdere, vel æquiſſimi juris & fœderis.*

DE CONSTRUCTIONE ADJECTIVI.

Convenientia Adjectivi & Subſtantivi.

1. Adjectivum & Subſtantivum eodem genere, numero & caſu cohærent, *ut, nullus ad amiſſas ibit amicus opes.*

In numeralibus notandum, non rectè

duo Adjectiva cohærere, *ut non dicendum, duo centum, ſed ducenti vel bis centum, Non duo mille, ſed bis mille: vel duo millia. In iſtis verò: viginti unus viginti duo &c. Eſt compoſitio, vel ellipſis conjunctionis ut.*

Tunc tua res agitur, paries cum proximus ardet.

1. Quando duo adjectiva concurrunt, alterum induit naturam ſubſtantivi, *ut: Senex fortunatus, amicus fidus.*

ADJECTIVUM CUM GENITIVO.

Adjectivum adſciſcit Genitivum, ſi aptè quæri poteſt cujus? Wes?

1. Adjectiva quæ copiam, inopiam, curam, deſiderium, notitiã, memoriam, partitionẽ & metum aliquem, aut contra ſignificant, verbalia item pleraq́; Genitivum adſciſcunt *ut Fertilis frugum, Inops conſilij Vive memor lethi. Cupidus cupidior cupidiſſimus lucri. Peritus linguæ latinæ Rudis Græcarum literarum, Ignarus omnium. Mens provida, vel improvida rerum futurarum, Canum degeneres. Timidus procellæ. His adde, Capax diſciplinæ, tenax juris. Tempus edax rerum, Patiens inediæ. Appetens alieni. Profuſus ſui. Liberalis pecuniæ, & ſimilia.*

2. Comparativi, Superlativi, & quæcunque

præterea partitionem ſignificant, genitivũ pluralẽ adſciſcunt, qui totũ ſignificat, & exponitur per DE, EX vel INTER, *ut Uter, alter, neuter, major fratrum de duobus dicuntur. Quis nemo, nullus maximus fratrum de pluribus. Militum decimum quemq́; ſecuri percuſſit. Quis militum: multa earum arborum mea manu ſata ſunt Medius juvenum. Pars civium. Aliquis noſtrũ trium, & de nobis trib⁹. Soli omniũ & ſoli ex omnib⁹*

3. Superlativi regunt etiam genitivum ſingularem nominis collectivi, *ut Optimus plebis Doctiſſimus Græciæ.*

Eſt autẽ nomẽ collectivum, quod in ſingulari numero multa ſignific. ut Turba, gens pars, populus.

CUM DATIVO.

Adjectivum adſciſcit Dativum, ſi aptè quæri poteſt, cui? Wem?

1. Dativum adſciſcit, quod cōmodum, facilitatẽ, ſimilitudinẽ, affinitatẽ aliquã aut contra ſignificat, *ut: Quæ laborioſa ſunt juventuti ſtudia; hæc ſunt jucunda ſenectuti otia. Pertinacia perſeverantiæ finitima eſt; ſuperſtitio religio-*

Quædã etiã cum genitivo conſtruuntur. (ni.

Similis, diſſimilis, affinis, par, propius, communis, huic & hujus.

Com-

Commune & pronomen Idem, etiam Ablativum cum præpoſitione cum adſciſcunt, ut commune omnibus animantibus, commune omniū animantium, & cummune homini cum cæteris animantibus facit idem huic, & cum hoc.

Quædam accuſativum cum præpoſitione recipiunt. Vtilis, inutilis, idoneus, aptus, accommodus huic rei, & ad hanc rem.

CUM ACCUSATIVO.

1. Longus, latus, altus, craſſus, accuſat. ſæpius quam Ablat. recipiunt, ut Longus ſeſquipedē vel ſeſquipede. Menſis unū & triginta dies longus.

Caulis palmum altus. Storia quatuor pedes lata. Liber craſſus tres digitos.

CUM ABLATIVO.

Adjectivum adſciſcit Ablativum, ſi aptè quæri poteſt, Worumb? Womit? Wodurch?

1. Ablativo caſu efferuntur, quæ cauſam, inſtrumentū aut ſimilē aliquam circumſtantiā ſignificant ut: Laſſus curſu. Deteriores omnes ſumus licentia. Percuſſus baculo. Felix nati pietate. Genere & virtute nobilis. Duplex gemmis Auroq; corona. Huc referantur & illa Genera Andria. Natione Syrus. Nomine Petrus. Patria Leſpius. Major & maximus natu.

Quæ-

Quædam præpoſitionem Ablativo præmittunt, cujuſmodi ſunt firmus, paratus, imparatus, inſtructus, inops, nudus invictus &c. ut: Antonius ab equitatu firmus eſſe dicebatur.

2. Comparativi adſciſcunt Ablativum, qui exponitur, per Quàm, ut, *Nihil eſt libertate precioſius, i. quàm libertas. Terentius negat; homine imperito quicquam eſſe injuſtius, id eſt, quam homo imperitus.*

Nota. *Interdum Ablativus manet præcedente Quam, ſed cum Præpoſitione prout: majori quam pro modo corporis veſtimento utitur. 2. Solent etiam iterari comparativi Latinè, ut triumphus clarior quàm gratior.*

3. Comparativis etiam alius Ablativus adjungitur, qui modum exceſſus ſignificat, *ut Eſt major me quatuor annis. Seſquipede eſt quàm tu longior.*

4. Adjectiva quę copiam aut inopiam ſignificant, vel Genitivum, vel Ablativum, vel utrũvis recipiunt. *Omnium rerum ſatur. Particeps vel expers bonorum. Inops verbis. Inops conſilij. Inanis re utili, & inanis prudentiæ. Vacuus curis & curarum. Inſula referta divitiis & divitiarum.*

arum. Plenus, plenior, pleniſſimus verborum & verbis. Nam Comparativi, & Superlativi etiã Poſitivorum ſuorum caſum recipiunt.

5. Numeralia, quæ ordinis vocantur, & diverſitatis nomina, Ablativum adſciſcunt, *ſed cum præpoſitione A vel Ab ut: ſecundus à Rege, Alienus à liberis.*

6. Opus plerumq; Ablativo, rarius Nominativo jungitur. *ut: Quid opus eſt verbis ubi rerũ teſtimonia adsũt? quod dicto aut facto opus eſt, & quod dici aut fieri opus eſt id dicito aut facito.*

Opus fuit Hircio convento. Opus eſt ſcitu: Argenti tibi quantum opus eſt? Sola triginta minæ.

Nonnunquam præcedit Nominativus cum Dativo, *ut: Dux & autor nobis opus eſt. Nonnunquam genitivus adjungitur, ut: Magni laboris & multæ impenſæ opus fuit.*

Nota. Comici pro opus voce uſus utuntur, eâdẽ ferè conſtructione.

7. Dignus & indignus adſciſcunt Ablativum *ut: Dignus vel indignus honore.*

Poëtæ pro Ablativo genitivũ interdum adhibent, more Græcorum, ut; Curia conſilij, quæ num digniſſima tanti.

DE CONSTRUCTIONE PRONOMINIS.

1. Relativum cum antecedente ſubſtantivo neceſſe eſt genere & numero conſentire, caſu non ſemper cōvenit, nam is ſequenti verbo reſpondet, *ut, Quo ſemel eſt imbuta recens ſervabit odorem, teſta diu. Samia mihi mater fuit, ea habitabat Rhodi.*

2. Relativum. Qui, quæ, quod, poſitum inter duo ſubſtantiva diverſorū generū, ſæpius antecedenti, interdum ſequenti cōgruit, *ut, Animal plenum rationis & conſilij, quem hominem vocamus. Cæſar ad eum locum quæ Theſſalia appellatur, applicuit. Tunc conventicula hominum, quæ poſtea civitates nominarunt, tum domicilia conjuncta, quas urbes dicimus.*

3. Relativum interdum refert totam orationem præcedētē: idque in genere neutro. *ut, Qui virtute præditi ſunt, ſoli, quod eſt proprium divitiarum, contenti ſunt rebus ſuis. Omnia ſuo tempore facito, id in rebus omnibus eſt primum.*

Nota. Quoties Antecedens de re poſſeſſa, Relativum autē de poſſeſſore dicitur, convenit relativū cum primitivo poſſeſſivi ejus quod in antecedente ponitur, *ut, Num mea*

ſcripta

ſcripta legis, qui ſum ſummotus ad Iſtrum. Nos tua arma ſecuti, quem victorem fore ſperabamus.

4. Interrogativum & redditivum caſu convenire debent, *ut, Cui vis hoc dem? Petro, Vtrũ vis ut accerſam, Petrum ne an Iohannẽ? Iohannẽ.*

Eſt ubi alio caſu reſpondendũ eſt, videlicet cum per vocẽ quæritur, quæ cum aliis vocibus cum alio caſu cõſtruitur. ut, Quanti emiſti? Trib⁹ florenis.

Nota. Cum per Pronomen cujus quæritur Poſſeſſoris nomẽ Genitivo caſu ſubiicitur. Poſſeſſiva verò Pronomina in eo caſu, quẽ verbum, ad quod reſpondetur requirit. *ut: Cujus ſcripta cenſes maximè imitanda eſſe? Ciceronis. Terentij. Cæſaris. Cujus eſt hæc Oratio? mea tua Cæſaris.*

5. Genitivi primitivorũ, Mei, tui, ſui, Noſtri, veſtri, jungũtur nominib⁹ affectuũ & paſſivò ſignificant, *ut Non ſcribã plura, ne tibi, mei deſideriũ renovẽ. i. quo abs te deſideror. Amore vel odio tui id fecit. Vehemẽter tua ſui memoria delectatur. Sic, cura, copia, poteſtas, ſatietas, faſtidiũ, amor, odium, deſideriũ mei tui ſui, noſtri, veſtri.*

At poſſeſſiva activè accipiuntur, *ut, Ne refricem meis literis deſiderium & dolorem tuum i.*

quo tu angeris. Aliorũ in te odium, tuo in alios odio metiris. Sic imago tua, quã tu poſſides. Imago tui, qua te repræſentat. Pars tua quæ tibi debetur. pars tui ſcilicet manus, pes, corpus, animus.

Sicuti formoſo mens eſt in corpore turpis.
Parte ſui nulla turpior eſſe poteſt.

6. pronominibus poſſeſſivis, præter hos genitivos. Ipſius, ſolius, unius, ipſorũ, duorum, trium, paucorum, plurium, cujuſq; omnium; junguntur etiam, ſed rarius, participiorum & aliorum quorundam nominũ Genitivi, ut, *De tuo ipſius animo conjecturã facito. Noſter duorũ eventus oſtendet utra gens bello ſit melior, Veſtræ omnium voluntati paruit. Nemo eſt qui veſtris paucorum laudibus reſpondeat. Meum ſolius peccatum. Tua unius culpa.*

Flevisti & noſtros vidiſti flentis ocellos. Quod meum factum dictumve Conſulis gravius quàm Tribuni audiſtis i factum meum, qui ſum Conſul.

Tuum hominis ſimplicis pectus vidimus.

DE CONSTRUCTIONE VERBI.

Nominativus cum Verbo.

1. Nominativus præcedit verbum perſonale finitum ſimili numero & perſona, cujus quæſtio eſt Quis vel quid, *ut Ego doleo. Tu*

rides. Ille ringitur. Labor improbus omnia vincit. Caput agitur non pecunia.

Eſt, cum Infinitivus aut tota oratio infinitiva pro Nominativo uſurpatur *ut: Mentiri non eſt viri boni. Non minor eſt virt⁹ quàm quærere parta tueri. Eſt virtus placitis abſtinuiſſe bonis.*

2. Utimur verbis primæ & ſecundæ perſonæ diſſimulatis ferè pronominibus : quæ nunquam propemodum ponuntur, niſi diſcretionis aut emphaſis cauſa, *ut: Vivo equidem vitamq́ extrema per omnia duco. Dum tu ſectaris apros ego retia ſervo. Tu Deus & mentem vireſque & cuncta miniſtras.*

3. Tertia quoq; perſonâ abſolutè ſine nominativo utimur maximè in iis quæ vel per Ellipſin, vel ſecundũ intellectum dicuntur. *ut: ajunt, dicunt, ſcilicet homines. Tonat, pluit, ningit, ſcilicet aër, Nominativũ tamen aliquando expreſſè additum invenies. Multus ut in terris depluerit q́ lapis. Interdum etiam obliquus additur. ut: pluit lapides & lapidibus.*

4 Verba ſubſtantiva præcedunt & ſequuntur Nominativi, *ut: nemo eſt bonus niſi unus Deus. Gaudia principium noſtri ſunt ſæpe doloris.*

5. Etiã nũcupandi verba, & quæ ſimilẽ vim habent, utrinq; nominat. adſciſcũt, *ut Carol⁹ deſignat⁹ eſt Imperator. Balb⁹ tuba belli civilis nominatur. Heſiodi liber inſcribitur. Opera & dies.*

6. Cætera quoq; verba ſequitur aliquando nominat. ſed qui geſtũ aut modũ aliquẽ ſignificet, *ut: Dormit ſecurus. Fecit imprudens, invitus. Sedet erectus. Hic nominativus interdũ per adverbiũ effertur, ut: Dormit ſecurè. Fecit invitè.*

GENITIVUS CUM VERBO.

Verbum adſciſcit Genitivum ſi apte quæri poteſt, Cujus? Wes?

1 Verbum EST, cum poſſeſſionem aut officium ſignificat, aut ad aliquid pertinere, genitivum poſtulat. *ut jam me Pompeii totum eſſe ſcis. Adoleſcentis eſt majores natu revereri. Fortis ægroti eſt accipere medicinam. Ea res non eſt meæ curationis. Ejusdem generis hæc ſunt ſive vivimus ſive morimur Domini ſumus. Non eſt mearum virium. Quanquam in his officium, opus proprium, vel ſimile quid fere intelligitur.*

2. Verbis æſtimandi junguntur hi Genitivi Tanti, quanti, &c. *Tanti eris aliis, quanti tibi fueris. Mea mihi conſcientia pluris eſt quàm hominum ſermo.*

Magni,

Magni, maximi, plurimi, parvi, minoris minimi, aſsis, pili, teruncij, nauci, flocci, nihili, hujus nõ facio. Illud pluris, minoris, plurimi, eſt æſtimandum. Illa à me minimi putantur. Ego illud nõ flocci pendo. Omnia iſta unius æſtimemus aſsis. Totum iſtud æqui boniq; facit. Ego illud æqui boniq; conſulo.

Ablativus hic rarior eſt, Data magno æſtimas, accepta parvo. Næ ego iſtam glorioſam virtutem non magno æſtimandum puto.

3. Verba memoriæ & oblivionis, modò genitivum, modò accuſativum, modò utrumvis adſciſcunt, ut: *Vivorum memini nec mortuorum poſſum oblivisci. Filia obliviſcere domum patris tui. Omnia ejus dicta & facta memini. Memini tui, non te, at hujus rei & hanc rem. Recordare pueritiæ, & memoriam pueritiæ, & de pueritia. Reminiſcor præteritorum, præterita & de præteritis. Illud te admoneo, & ejus rei, & de ea re. Commonefecit me veteris amicitiæ.*

Dicimus: venit in mentem ejus rei, hominis, diei, loci, tẽporis. Et venit in mentem ea res, & de ea re.

4. Verbo ſum, ſubiicimus Genitivũ vel Ablativum cùm formam aut qualitatem alicujus deſcribimus, ut: *Nullius conſilij ſum. Mira*

 ſum

ſum alacritate. Stomacho languenti eſſe, Cicero erat tenuiſsima valetudine. Quanquam in his, Homo præditus, vel aliud quippiã ſubintelligi videtur. Interdum accedit Præpoſitio, ut: Eſſe in eadem voluntate.

5. Accuſandi verba, damnandi, & abſolvendi genitivum adſciſcunt, interdum ablativum, idque aliàs cum præpoſitione, aliàs citra præpoſitionem, *ut: Accuſatus & convictus adulterij. Delatus eſt proditionis, & proditione. Poſtulatus eſt repetundarum, & repetundis. Accerſitus eſt capitis. Hic abſolutus eſt improbitatis. Ille damnatus eſt cædis. Inſimulat eum perfidia. Criminatur eum fraudis & de fraude. Adſtrictis tanto ſcelere, nihil opus ferri oportet. Hic furti ſe alligat vel aſtringit. Condemno te eodem crimine. Falſo damnatus crimine mortis. Arguere aliquem ſceleris, crimine aliquo, & de crimine. Capite damnatos (ſeu capitis vel rei capitalis) morte mulctavit. Facere aliquem reum ambitus, & de ambitu. Ambitus ne hominem accuſas, an peculatus an repetundarum an nullo, ſed de nullo? De maximis deq; plurimis ſimul accuſatur. Singulare eſt. Expoſtulavit mecũ de nõ miſsis ad ſe literis.*

DA

DATIVUS CUM VERBO.

Verbum adſciſcit Dativum, ſi aptè quæri poteſt: cui? Wem?

1. Quodlibet verbum admittit Dativum perſonæ aut rei, cui qualicunque modo aliquid acquiritur vel adimitur. *ut: Nil ſine magno vitæ labore dedit mortalibus. Quod tibi non vis fieri alteri ne feceris.*

Nemini nocere, ſuum cuiq; tribuere. Laborantibus ſuccurrere. Ægris mederi. Domino vivimus. Domino morimur.

2. Compoſita cum his præpoſitionibus, Ad, ante, con, de, in, inter, ob, præ, poſt, re, ſub & ſuper, Dativis adhærent, *ut: Nulla remedia, quæ vulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem, quàm quæ ſunt ſalutaria.*

Antecedit, antecellit, anteit omnibus.

Sunt qui in rebus contrariis parum ſibi conſtant.

Inopiæ pauca deſunt, avaritiæ omnia.

Intendas animum ſtudiis & rebus honeſtis.

Ei rei non ſolum interfuit, verum etiam præfuit.

Quantum ſcelus eſt veritati tenebras offundere.

Videamus cui eum muneri præpoſitum velimus.

Præmia virtuti, pœna peccato propoſita ſunt.

Omnia mandato Dei poſtponito.

In hoc etiam homini amiciſsimo refragari debes. Res oculis ſubjecta eſt. Neq; deeſſe, neq; ſupereſſe. Reipublicæ volo.

3. Quædã verba pro Dativo etiam alios caſus recipiunt, idq; interdum eâdem, interdum diverſa ſignificatione. *ut: Studet bonis artibus. non bonas artes, & hoc unum ſtudet, i. hoc unum agit. Auſculto tibi & auſculto te. Caveo tibi & caveo te. Ne lingua præcurrat menti vel mentem. Confidit ſuæ virtuti, & ſua virtute. Moderari animo, & curſum moderatur equorum. Providere rei frumentariæ & rem frumentariam. Providere ligna in hyemen. Conſulo tibi. i tuis rebus proſpicio. Conſulo te. i. Conſiliũ à te peto. Impertio tibi dolore meo & plurima te ſalute impertit. Adſperſit mihi maculam, & adſperſit me macula.*

4. Eſt pro habeo dativum adſciſcit. *ut: His nunc præmium eſt qui recta prava faciunt. Eſt mihi nomen Petrus.* Obſervandum eſt etiam dici. *Eſt mihi nomen Petri, & Petro.*

5. Quibusdam verbis gemini Dativi adduntur, quorum alter perſonam, alter commodum vel incommodum ſignificat. *ut: Pergite adoleſcentes, atq; in id ſtudium, in quo eſtis, incum-*

cumbite, ut & vobis honori, & amicis utilitati, & Reipublicæ emolumento eſſe poßitis. Venit mihi ſubſidio. Sicilia tibi prædæ & quæſtui fuit. Id ei arrhaboni relictum eſt. Hoc tibi laudi, vitio, crimini datur. Dedit mihi pecuniam fœnori, librũ pignori, dono, uſui. dicimus, *Pecuniã dare, petere, rogare ſumere mutuam non mutuo.* Dicimus etiam: *moræ eſſe, & eſſe in mora. Noxæ eſſe, & eſſe in Noxa.*

6. Sunt & quibus figuratè Dativus adiicitur Accuſativi loco, vel Ablativi. *ut: It clamor cælo, pro ad cælum. Cœpto pugnemus amori, id eſt cum amore.*

ACCUSATIVUS CUM VERBO.

1. Verbũ adſciſcit accuſativum, ſi aptè quæri poteſt quem? vel quid? Wen? oder Was?

2. Activa verba, & quæcunq; actionem ſignificant, Accuſativum adſciſcunt, *ut: Time Deum, Reverere parentes. Honora magiſtratum.*

3. Adſciſcunt & neutra quædam Accuſativum, ſed cognatæ ſignificationis, *ut: Currit curſum. Servit ſervitutem. Vox hominem ſonat. Olet unguenta de meo.*

4. Certa quædam activa ſunt quæ duos accuſativos adſciſcunt, alterum perſonæ alte-

 rum

rum rei, quorũ quædã in paſſivo poſteriorẽ. Accuſativum retinent, *ut: Otium multa mala docet adoleſcentes. Docebo te iſtos mores. Cùm rogo te nummos ſine pignore, non habeo inquis. Celo te hanc rem, & de hac re, Interrogavit eum quædam geometrica, & de quibusdam geometricis. Hoc te obſecro. Hoc modo ſine te exorẽ. Doctus abs te grammaticam. Per legatos cuncta edocetur. Græcas literas eruditus. Rogatus ſententiam.*

Sunt quæ geminum accuſativũ perſonæ exigunt, ut; præſta te virum. Sumſit te Iudicem. Deſignavit eum imperatorẽ. Sunt quæ geminum rei, ut: Paulus avaritiam radicem vocat malorum omnium.

VOCATIVUS CUM VERBO.

I. Vocativi verbis ſecundæ perſonæ præponuntur, *ut: Huc ades ô Melibœe. Mi Cornifici hoc facies & conſules ei: vel hoc fac, vel facito, vel facias, eiq; conſulas. Nam & his temporibus pro Imperativo utimur.*

Nonnunquam etiam ſine verbo inſeruntur orationi, ut: Præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus.

ABLATIVUS CUM VERBO.

Verbum adſciſcit Ablativum, ſi aptè quæri poteſt, Wovon? worumb? womit? wodurch.

1. Paſſivorum proprius caſus eſt Ablativus cum præpoſitione A, vel Ab, ex Nominativo verbi activi factus. *ut*; *Laudatur ab his, culpatur ab illis.*

2. Ablativo caſu efferuntur, quæ cauſam, inſtrumentum aut modum actionis ſignificant. *ut*: *Petijt me ſaxo. Voluptate homines capiuntur, ut hamo piſces.*

Oderunt peccare boni virtutis amore.

Conſilio magis quàm virib⁹, res magnæ geruntur.

Concordiâ res parvæ creſcunt, diſcordiâ res maximæ dilabuntur. Summâ cũ celeritate rem peregit. Dicim⁹ etiã. Summa cũ celeritate rem peregit.

Ablativus materiæ rarò ſine præpoſitione ponitur. *ut*: *Opus ex ferro & marmore factum. Ex fici tantulo grano, tanti trunci procreantur. Conſtant e principiis omnia.*

3. Ad quæſtionem quanti, reſpondetur per ablativum. *ut*: *Parvo, Paulo, vili magno, minimo, nimio, plurimo, dimidio, duplo, merces vendit, Nihil carius conſtat, quàm quod precib⁹ emitur. Redimas te captũ, ſi nequeas paulo, at quanti queas. Ampliſſima prædia minimo addixit. Mina valet coronatis denis, vel denos, ut, Varro loquitur.*

tur. Ære merent parvo. habitat ſexaginta aureis. Vix drachmis, obſonatus eſt decem.

Excipiuntur hi Genitivi, tantidẽ, quanticunq; pluris & minoris. Quæ ſine ſubſtantivis genitivo caſu cũ verbis mercãdi ponuntur, at cũ adduntur ſubſtantivis in Ablativos vertuntur. *Quanti benè emitur, quod neceſſe eſt. In nullo loco frumentũ tanti fuit, quanti ille æſtimavit. Magis illa juvant quæ pluris emuntur.*

Dicimus etiam pro quanti mitris: quando metiris precio? Alibi parvo, magno majori vel minori precio emes. Item. pro pluris & minoris: cariùs, viliùs, meliùs, pejùs emiſti.

4. Quæ prohibendi ſignificationẽ habent, Item auferendi, abſtinendi, diſtandi, Ablativũ adſciſcunt; ſed aliàs cum præpoſitione, aliàs ſine præpoſitione. *ut Prohibeo eum domo. Facinoroſis cum urbe interdicitur, multo vivunt quàm antea ſceleratius. Dicimus etiam interdixit ei aquam & ignem. Ab alienis linguam, manus, oculos abſtinere & abſtinere ſe à maledictis, Inſaniunt qui negant vera à falſis quicquam intereſſe, vel in veris & falſis ſeu inter vera & falſa, quicquam intereſſe. Totidemq; gradus diſtamus ab illo Octo millia paſſuum a Roma caſtra poſuit.*

5. Ad quæſtionē quando vel quanto tempore, reſpondetur per Ablativum, *ut: Vigilate, quia neſcitis quâ horâ Dominus venturus ſit. Superioribus diebus veni in Cumanum. Optimis temporibus id efficere non potuimus, nedum his poterimus, Surgit nocte & de nocte, Prima luce (vel cum prima luce) veniam. Puncto temporis maximarum rerum momenta vertuntur.*

6. Ad quæſtionem Quãdiu vel quam pridem, reſpondetur per Accuſativum, rarius per Ablativum. *ut: Fuimus unà duas horas, & per duas horas. Menſes tres abeſt. Obſidio vix in paucos dies tolerabilis. An non totis ſex menſibus prius olfeciſſem, quam ille quicquã cœperit? Triennio ſub Asdrubale imperatore meruit. Sic ab hinc triennium & triennio.*

7. Ad quæſtionem quàm longé ſeu quàm procul, reſpondetur per Accuſativum vel Ablativum. *ut: Cum abeſſem â Cumano iter unius diei. Lubeca diſtat Roſtochio quindecim milliaria ſeu milliaribus.*

Sulmo mihi patria eſt gelidis uberrimus undis
Millia qui novies diſtat ab urbe decem.
Iugeribusq; novem mèns ſummus diſtat ab imo.

Sic

Sic & ad alia quæ ſpacium ſignificant, per accuſativum & ablativum reſpondetur, ut Sylva patet in longitudinē ſex millia paſſuum, quatuor in latitudinem. A recta conſcientia unguem latum ne diſcedito Pedem adhuc villa egreßi non ſumus. Hercyniæ ſylvæ latitudo novem dierum itinere expedito patet.

8. Quædā verba adſciſcunt caſum præpoſitionis cum qua componuntur. *ut: Villā prætereo ſciens Prætervehoſcopulos. Egredior domo, urbe. Neq; ſervitio exire licebat. Domo & foro abſum. Antecedit, antecellit, anteit omnes. Qui ſemel fines verecundiæ tranſivit, is poſtea fit impudentior. Superſede hoc labore itineris. Illi hoc incepto deſtiterunt. Illi à ſpe dejecti ſunt.*

9. Ablativos adſciſcunt & hęc deponentia, Utor, fruor, fungor, potior, veſcor, vivo, victito. *ut: Vtor vino. Fruor meis ſtudiis. Fungor Officio. Potiri Gallia, & totius Galliæ, & potitus eſt rerum. Veſcor, vivo, victito lacte, caſeo, carne.*

10. Quæ copiā, vel inopiam, aut ſimile quid ſignificant gaudent modo Genitivo, modo Ablativo. *ut: Abundat & circumfluit rebus omnib9. Caret voluptatibus Eget. Indiget conſolatione & conſolationis. Explet animum gaudio.*

Implevitq; mero pateram, Exulat domo, patria, & à domo, à patria. Ego hoc te faſce levabo. Onerat me mendaciis. Dum thymo paſcentur apes. Pollet ingenio, opibus. Valet conſilio, gratia.

II. Recipiunt Genitivos, vel Ablativos promiſcuè, quę curã aut perturbationem animi ſignificant. *ut diſcrucior animi, & animo. Is rerũ ſuarũ ſatagit. Pertaſus eſt levitatis Græcorum.*

VERBA CUM NOMINIBUS LOCORUM IN LOCO.

I. Oppidorum nomina primæ vel ſecundæ declinationis ponuntur in genitivo, cum quæſtio eſt per Ubi: At tertiæ declinationis aut pluralis numeri in Ablativo: nonnunquam etiam in Dativo ponuntur, *ut. Romæ omnia veneunt pecunia. Vixit Stetini. Lacedemone eſt honeſtiſsimum domicilium ſenectutis. Fuit Carthagine vel Carthagini. Tibure vel tiburi, Athenis Cratippum audivit.*

Addũtur Genitivi, Domi, humi, militię, belli *Domi meæ tuæ. ſuæ. noſtræ veſtræ, alienæ, nõ a., rectè dixeris. sũ domi paternæ ſed in domo paterna. Domi bellíq; ũà fuim⁹. Virt⁹ domi, militiæq; ſpectata. jacet humi. Et humi naſcẽtia fraga. rus in Dativo ponitur, ut Ruri educat⁹ eſt, Ruri ferè ſe cõtinebat.*

AD LOCVM.

2. Oppidorum nomina ponuntur in Accuſativo ſine prępoſitione, cum quæſtio eſt per quò, *ut. Profectus eſt Noribergam, Stetinum Carthaginem, Athenas.* Adduntur Accuſativi, Domum, Rus. *Ivit domum, Rus: Niſi addatur Epitheton. ut, in domũ novam è veteri commigravit. Dicimus tamen, Affligit ſternit, fundit humi.*

DE LOCO ET PER LOCVM.

3. Oppidorum nomina ponuntur in Ablativo ſine præpoſitione, cum quæſtio eſt per unde vel qua, *ut Rediit Româ, Stetino, Carthagine. Athenis. Argentina ſive per Argentinã, profectus eſt Francofurto. Adduntur Ablativi Domo, Rure, ut: Domo abeſt. Rure in urbem reverſus eſt. Terra mariq; hoſtem perſequitur. Tollitur humo.*

4. Regionum & populorum nominibus, ſive in loco, ſive de loco, ſive ad locũ, ſive per locum, ſignificantibus, ſicut & appellativis, ſua præpoſitio adiicitur, *ut: In Græcia nunc eſt ſumma barbaries. Ex Gallia in Germaniã rediit. Flandris per Galliam eſt proximũ iter in Hiſpaniã. Ad Allobroges profectus eſt. Cæſar in Bituriges, in Treviros legatos miſit. Et ille è Biturigibus ê Treviris redierũt. Ivit ad forũ, Rediit ex foro forũ ivit.*

Oppidorum nominibus nonnunquam etiam præpoſitio adjecta reperitur: *ut*, *Cum à Megara Athenas navigarem. Ad Tarentum, ad Capuam profectus eſt.*

DE INFINITIVO

1\. Infinitivum præcedit accuſativus, qui exponitur per Nominativum & verbum finitum adjecto quòd vel ut, *ut: Miror vos inter vos riſum tenere poſſe, vel Mirabile quod vos inter vos riſum tenere poßitis. Animadverto eum, qui propriè perduelis eſſet hoſtem vocatum fuiſſe, Animadverto quòd qui proprio nomine perduellis eſſet is hoſtis vocaretur. Conſulite à Cæſare ſcribis, ſed ego tibi ab illo conſuli mallem, Scribis quod à Cæſare conſularis, ſed ego mallem, ut tibi ab illo conſuleretur. Non licet mihi miſeros non defendere, & non licet mihi, ut miſeros non defendam.*

Hic obſervetur infinitivum & elegantiorem & longè frequentiorem eſſe quam verbum finitum, neq; hoc fere uſurpari, niſi cum aliqua ambiguitas eſſe poteſt, aut cum plures Infinitivi cōcurrunt ut Apparet quòd me diligat, nam ambiguum eſſet, apparet illum me diligere. Obſervandum eſt nō eſſe dicendum. Non dubito illum uxorem nolle. Sed

non

non dubito quin uxorem nolit. Nec cura ad eum literas perferri: Sed perferendas. Nec, cura id fieri, ſed, cura id faciendum.

2. Infinitivi adduntur verbis voluntatem facultatem, ſenſum, aut ejuſmodi quid ſignificantib9 *ut: Cupit audire. Conatur efficere. Non optat habere decẽ Ajacis ſimiles, vel non optat ut habeat. Felix qui potuit rerum cognoſcere cauſas. Nequit commiſſa tacere. Audeo dicere. Non dubito affirmare. Memini illum dicere vel dixiſſe. Puer erubeſcat impudica audire & loqui. Sic & Imperſonalia. Libet, licet, expedit, refert ſcire. præſtat tacere, quam male loqui. Creditur feciſſe.*

Nota: Exponitur Infinitiuus cum verbis voluntatem aut facultatem ſignificantibus per particulam: *Vt, cum verbis autem ſenſuum per particulam Quod. cupio te videre, id eſt, ut videam. Doceo te canere, id eſt, ut canas. Ad memini me dicere, id eſt, quod dicebam.*

3. Caſus ſequens infinitivum eſſe, aut verba quę ſunt ſimilis conſtructionis: conuenit cũ ſubſtãtiuo quod antecedit. *ut: Ariſtoteles putatur doctiſſimus eſſe omniũ Philoſophorum. Haud ſcio an agricultura vita ulla beatior eſſe poßit. Lãdo*

eos

eos qui malunt boni eſſe quam videri. Tu cupis dici ſtrenuus. Parmenonem incedere triſtem video.

Dicimus utroq; modo, In cauſa facili cuivis licet eſſe diſerto, vel quemvis, vel cuivis licet eſſe diſertũ. Cic. Mihi negligenti eſſe non licet. Horat. atqui licet eſſe beatis. Civi Romano licet eſſe Gaditanũ. Impetrabis à Cæſare, ut tibi abeſſe liceat, & eſſe otioſum. vel otioſo. Rectius tamẽ per accuſativum.

4. Græciſmi ſunt: cum Infinitivi addũntur nominibus facultatẽ ſignificantibus, aut aliàs pro Gerundiis & Supinis uſurpantur.

DE GERUNDIIS.

1. Gerundia regũt caſum ſuorũ verborũ, *ut: Efferor ſtudio videndi patres veſtros. Hos accusãdo, illos occidẽdo civitatẽ labefeciſti. Nec ulla res quæ ad placandũ Deos pertineret, prætermiſſa eſt.* Cicero Gerundiis rarò caſum aliquẽ adjungit, ſed ex his natis adjectivis ferè utitur, *ut Legendis noſtris orationẽ efficies plenioreẽ.* Niſi ſint verba neutra *ut: Malis ignoſcẽdo bonis nocetur.*

2. Gerũdia in DI, ſequuntur nomina facultatẽ aut voluntatem ſignificantia, *ut: Illecebra peccandi. Locus ignoſcendi. Avidus, avidior, avidiſſimus dicendi. Stylus optimus ac præſtantiſſimus dicendi effector ac magiſter.* Geni-

Genitivis pluralibus nonnunquã Gerundium in Di additur licentiâ valdè latinâ. Terent: *Date creſcendi copiam, ſpectandi novarum, qui faciunt copiam, pro ſpectandarum.*

3. In Do Gerundia ſequuntur verbum vel cum præpoſitione, vel ſine præpoſitione, ut *In judicando criminoſa eſt celeritas. Nihil de reſiſtendo cõſutabãt. Ex defendẽdo quâm accuſando uberior gloria comparatur. Invidia verbum ductũ eſt animis intuendo fortunam alterius. Homines nihil agendo malè agere diſcunt.*

4. Gerundia in DO, aliàs activè, aliàs paſſivè ſignificant, ut: *Augendo atq; agendo res Romana crevit. Alitur vitium vivitq; tegendo, i. dum tegitur. In tribuendo cuiq; ſuum juſtitia verſatur*

5. Gerundia in DUM præpoſitione annectuntur verbis, ut: *Legatos ad ſatis faciendum populo, Romam miſerat. Inter ſpoliandum corpus hoſtis veruto percutitur. Sus erat ad veſcendum hominibus apta, i. quâ veſcerentur. Rem quæris præclaram juventuti ad diſcendum, nec difficilem ad perdocendum.*

Nonnunquam tamen Gerundivo utimur pro Gerundio ut: *Terent. Spacium cogitandi ad diſturbandas nuptias.*

6. Ge-

6. Gerundia in DUM cum neceſſitatem ſignificant impersonaliũ modo ponuntur, & vel Dativum juxta ſe habent, vel caſum omnino nullum, *ut: Vigilandum eſt ſemper, multæ inſidiæ ſunt bonis. Sic dicimus. Hæc tibi facienda ſunt, neq; illa omittenda.*

Nota. Olim Gerundia in hac ſignificatione præter cæteros caſus Accuſat. admiſerũt. *ut: æternas quoniam pœnas in morte timendum.*

DE SUPINIS.

1. Supina regunt caſum verborum ſuorum *ut: Venerunt queſtum injurias, & res repetitum.*

2. Supina priora activè ſignificant, & cum verbis ſignificantibus motum ad locũ junguntur, *ut: Dixerunt ſe pacem aut ſubſidium rogatum iri vel ire ad rogandam pacem. Ivit petitum panem percunctatum adventum tabellarij. Paſtas oves potum agere.*

3. Poſteriora ſupina paſſivè ſignificant, & conſtruuntur cum adjectivis facultatem aliquam aut verbis motũ de loco ſignificantibus, *ut Cibus concoctu facilis, vel ad concoquendum i. qui facile coquatur. O rem tum auditu crudelem, tum viſu nefariam. Paterfamilias primus cubito ſurgat, poſtremus cubitum eat.*

DE CONSTRUCTIONE IMPERSONAL.

1. Intereſt & refert adſciſcunt ſibi cũ alios, tum etiã hos genitivos, Tanti, Quanti Parui, Magni, Plurimi, Minimi *ut: Refert omnium animadverti in malos. Quanti (vel quantum) intereſt civitatis non habere otioſos & inertes cives. Parvi refert id abs te prætermiſſum eſſe.*

Adjungunt ſibi etiam hos Ablativos Mea, Tua, Sua, Noſtra, Veſtra, *ut: Negat ſua magni (vel multum) intereſſe. Mea plus vel minus, intereſt quàm tua. Mea permultum, tua nihil, vel nullam in partem intereſt.*

2. Miſeret, miſereſcit, piget, pœnitet, pudet, tædet, regunt accuſativum cũ genitivo, ut, *Non te miſeret hominis calamitoſi. Inopis nunc te miſereſcat mei. Me non ſolum piget meæ ſtultitiæ ſed etiã pudet. Suæ quemq; fortunæ pœnitet. Sunt homines quos ſuæ infamiæ neq; pudeat, neq; tædeat. Singulare eſt, & Atticæ cujusdam figuræ, quòd Terentius dixit: Menedemi vicem miſeret me.*

Hi genitivi per infinitivum etiam efferuntur *Tædet me vivere. Piget me hoc incepiſſe.*

3. Decet, delectat, juvat, accuſativum adſciſcunt; Oportet nullum caſum habet, *ut: Omnes*

Omnes homines ſumma openiti decet, ne vitam ſilentio tranſigant veluti pecora. Imprimisq; me delectavit, tantum ſtudium bonorum in me exſtitiſſe. Te animo hilari eſſe valde me juvat. At in hoc *Oportet te audientem Cratippum jam annū, abundare præceptis*: *Accuſativus non regitur ab oportet, ſed præcedit infinitivum, ut apparet cum is reſolvitur, Oportet ut tu abundes præceptis. Sic oportet orationē ex rebus ipſis efflorescere & oportet, ut ex rebus ipſis effloreſcat oratio.*

4. Cætera impersonalia activæ vocis Dativum postulat, *ut: Non vacat mihi nunc te audire, conducit, confert, expedit,* Reipublicæ.

Impersonalibus interdum, ut si personalia essent: Nominativus, præponitur, *ut: Meæ nihil intereſt loci natura. Id mea minime refert qui ſum natu maximus. Hoc illā decuit, lacrymæ decuêre pudicam.*

5. Impersonalibus annumerantur & cætera verba, quæ absolutè sine Nominativo ponuntur, sequente mox Infinitivo, *ut: Debet adoleſcentiā pœnitere peccati. Tadere ſolet avaros impendij. Certum eſt in ſylvis inter ſpelæa ferarū. Malle pati. Apparet hunc ſervum eſſe hominis pauperis miſeriq;.*

DE PARTICIPIO.

1. Participia imitantur verborum ſuorum conſtructionem. *ut: Non dubito quin te legente has literas, confecta jam res futura ſit. Dic filio eam hinc rus conceſſuram. Potitus imperio.*

2. Participia cum in Nomina degenerant, genitivum adſciſcunt, *ut: Soli pij patientes ſunt divinæ caſtigationis. Fugitans litium. Tolerans laborum.*

3. Duo ablativi conſequentiam deſignantes, abſolutè junguntur, alter nominis, alter participij, explicantur autẽ per Cum, Dum, Quamvis, Si, poſtquam, Ubi, *ut: Actore non probante, reus abſolvitur. Lex reſiſtente Apio, tamen lata eſt. Nil non mortale tenemus, Pectoris exceptis ingeniiq; bonis. Niſi explicata ſolutione, non ſum abiturus.*

Interdum Participium exiſtente diſſimulatur, ut hæc fiunt te rege, duce, conſule, autore, adjutore, impulſore.

Interdum etiã nomine vel pronomine omiſſo, participiũ præteriti temporis, genere neutro ponitur, ut permiſſo ſeu dicere priùs ſeu audire mallet. Cæſar viſo, audito, cognito, hoſtes diſceſſiſſe, caſtra movit.

DE ADVERBIO.

1. Adverbia ſubjiciuntur verbis, participiis, nominibus, item aliis adverbiis ad explicandas eorum circumſtantias. *ut: Feſtina lentè. Exſpectans avidè. Admodum puer. Inſigniter improbus. Valdè manè, valdè ſerò.*

2. Adverbia derivativa plerumq; primitivorum conſtructionem ſequuntur, *ut: Partim eorum obviam illi proceſſimus, Similiter huic veſtitus, Tibi æqualiter vivit. Convenienter naturæ congruenterq; vivere. Tres pedes altè. Largiter vini, argenti mercedis.*

Sic & comparativi & Superlativi, *ut: Cæterũ expeditiùs loquitur, Omniũ elegantiſsimè ſcribit.*

Dicimus, prope, propriùs & proximè caſtra propiùs caſtris.

3. Adverbia quantitatis, loci, temporis Genitivum exigunt, *ut: Pro magno peccato paulum ſupplicij ſatis eſt patri. Inſtar montis. Interea loci. Tunc temporis. Vbiq; terrarum. Nuſquam gentium. Pridie ejus diei.*

4. En Nominativum & accuſativum, Ecce etiam Dativum adſciſcit, *ut: En dextra fideſq;. En quatuor aras. Ecce autẽ nova turba & rixa. Ecce tibi qui rex eſſe concupierit, Ecce miſerũ hominem, ſi dolor ſummum eſt malum.*

5. Quò, eò, item quandò, tanto junguntur Compativis, intendendi aut explicandi gratia, *ut: Quò quis eſt vir melior, eò difficilius alios improbos eſſe ſuſpicatur. Quantò major es, tantò te geras ſubmiſſius.*

Ut & ita junguntur ſuperlativus, *ut, Vt quiſq; eſt vir optimus, ita difficilimè alios improbos eſſe ſuſpicatur. Vt quiſq; maximè ad ſuum commodũ refert quæcunq; agit ita minimè eſt vir bonus.*

Multò & longè, & comparativis & ſuperlativis adjunguntur. *Multò & longè major, Multò & longè jucundiſſimus.*

Obſervandum eſt etiam in his, Quiſq; Superlativo, rarius Comparativo apponi, ut, Quò quiſq; eſt ingenioſior, hoc docet laborioſius, pro quò quis, &c

Item omiſſis particulis, quiſq; & ita: ſic etiam eleganter dici. Optimus quiſq; difficilimè alios improbos eſſe ſuſpicatur. Antiquiſſima quæq; doctrina veriſſima eſt.

DE CONJUNCTIONE.

Conjunctio aut ſimiles dictiones conjungit, aut orationẽ orationi attexit, *ut Vir innocentiſſimꝰ idemq; doctiſſimus, non doctus. Is ubi venerit atq; intellexerit, non intelliget. Doctores non ſolum vivi atque præſentes, ſtudioſos diſcendi eru-*

diunt atq; docent: ſed hoc idem etiam poſt mortem monumentis litterarum aſſequuntur.

Nota. 1. Quoties dictio diverſos caſus recipit, caſus inter ſe diſſentire poſſunt, *ut: Fuit Romæ & Thebis.* 2. poſſeſſiva interdum cum Genitivis conjunctionem ſequentibus diſcordant, *ut: Meo præſidio, atq; hoſpitis.*

Quibus verborum modis Adverbia & Conjunctiones conjungantur.

1. Ubi, Cum, Simulac, Simulatq; Indicativo & Subjunctivo adhęrent, *Vbi voles ad te veniam, vel ubi volueris. Vbi ſemel quis pejeraverit, ei credere poſtea non oportet. Vel ubi quis pejeravit. Poëta cum primum animum ad ſcribendum appulit, credidit, &c. Cùm animum appuliſſet, credidit, &c. Simulac venies: & ſimulac veneris.*

2. Poſtquam nulla dictione interpoſita, Indicativo præcipuè gaudet, *ut: Poſtquam audierat non datum iri uxorem filio ſuo, &c.* Rariùs *poſtquam audiſſet.*

3. Ut pro poſtquam Indicativo, pro Licet Subjunctivo adhæret. *Vt ab urbe diſceſſi, nullũ intermiſi diem, quin aliquid ad te literarum darem. Vt plurimi veritatem opprimãt aut diſſimulent, ea tamen emerget.*

4. Ne prohibentis, Subjunctivo rectius quam Imperativo additur, *ut: Ne jures ſatis credo & ne jura.*

5. Ne poſt metuo, timeo, paveo vereor, affirmat, Vt negat, *ut: Metuo ut vim patris ferre queat: ſeu non queat. Nam duæ negativæ affirmāt. Metuo ne tam benignum patrem offendam.*

6. Ne, an, uum, utrum, dum, ſunt interrogantis, Indicativum amant, *ut: Hocne mavis an illud vel mavis hoc an illud? Vtrum hoc mavis an illud? Num cogitat quid dicat?*

7. Ne, an, num, utrum, cum ſunt dubitantis, Subjunctivum poſtulant, *ut. Cogita, num juſtè an improbè feceris vel juſtè ne, an improbè feceris vel Vtrum juſte, an juſtè feceris, vel feceris ne juſtè, nec ne, vel juſtè ne an ſecus feceris.*

8. Num interrogantis negativā reſponſionē iñuit. *Num ego te vidi? Sicut contrà, nō interrogative acceptum affirmandi vim habet, ut,* Non *ego te vidi? vel nonne te vidi, vel, an non te vidi?*

9. Quanquam, etſi, tametſi, quando, quandoquidem, quoniam, indicativis adhærent, Quamvis & licet Subjunctivis, *ut: Quanquā me nomine negligentiæ tibi ſuſpectum eſſe doleo,*

tamen,

tamen, &c. Veruntamen, quanquam abeſt à culpa, ſuſpicione tamen non caret. Etſi mihi nunquã dubium fuit, quin tibi eſſem chariſsimus: tamen quotidie magis id perſpicio. Tametſi viciſſe debeo, tamen de meo jure decedam. Vt poſsimus ajunt, quando, ut volumus non licet. Dicite, quandoquidem in molli conſedimus herba. Sic poſitæ quoniam ſuaves miſcetis odores. Quamvis ille niger, quamvis tu candidus eſſes. Dicam equidem, licet arma mihi mortemq; minetur.

10. Ni, niſi, ſi, ſiquidem, etiamſi, quod, quia, quippe, qui, utpote qui, quoad, dum Indicativis & Subjunctivis adhærent, *ut Ni advigilas, ni advigilaris. Sincerum eſt niſi vas, quodcunq; infundis aceſcit. Niſi facies, niſi feceris. Si voles, ſi volueris. o morem præclarum, ſi quidem eum tenueramus, i. Nihil tam peſtiferum eſt, quàm corporis voluptas, ſiquidem ea cum major eſt atq; longior, omne animi lumen exſtinguit. In agro erant Senatores, ſiquidem. Quintio aranti nunciatum eſt &c. i. quia. Atq; ita ferè indicativo jungitur. Etiam ſi errat, tamen eum vis ſequi vel etiamſi erret. De meo animo erga te benefacis quod non dubitas, i. quia non dubitas. Mihi gratiſsimũ eſt quod quie-*

quieveris. Haud equidem credo quàm ſit divinatus illis ingenium, &c. At quia nota mihi eſt tua ſancta & juſta voluntas. Digna indigna feram.

Sol Democrito magnus videtur, quippe homini erudito, ſeu quippe qui, vel, utpote qui, vel ut qui fuit, vel fuerit homo eruditus.

Quoad fuit in urbe, ejus conſiliis obſtiti: ideſt, quàm diu.

Quoad enim perventum ſit, quo ſumta eſt navis, non domini eſt ſed navigantium: id eſt, donec.

Ego te meum eſſe dici tantiſper volo, dum quod te dignum eſt facies vel feceris.

11. Cum verbum præſens præcedit particulam Vt, ſequitur conjunctivus præſentis temporis, *ut, Do ut des. Facio ut facias.* Cum præteritum præcedit, Conjunctivus ſequens, ferè in præterito imperfecto ponitur, *ut Dedi, ut dares. Feci, ut faceres.*

12. Quod plerumq; de eventu & re geſta dicitur, & ſignificat quia. *Quod nos inviſis, rem gratam facis.*

Ut ſignificat 1. cauſam finalem auff daß/damit daß/ *ut, Feci hoc, ut, vel, quò te ſumtu levarē.*

2. Poſtquam. *Vt ab urbe diſceßi, nullum intermiſi*

miſi diem, quin aliquid ad te literarum darem, id eſt, poſtquam.

3. Quomodo. *Vt vales.*

4. Quàm. *At ferus eſt.* (*vivat.*

5. Quòd. *Qui fit, ut nemo ſua ſorte contentus*

6. Quamvis. *Vt deſint vires, tamen eſt laudanda voluntas.* (*& metes.*

7. Quemadmodum. *Vt ſementem feceris, ita*

DE CONSTRUCTIONE Præpoſitionum.

Vna & triginta præpoſitiones ſerviunt Accuſativo.

Ad, adverſus vel adverſum, &c.

Ad *patrem ibo. Ad portam te exſpectabo. Ad urbem eſſe cum exercitu. Civitates quæ ad mare ſunt. Pecuniam ad diem dare. Fuimus omnino ad ducentos. Medicamentum ad dolorem dentium.* Adverſus *amicos & inimicos.* Ante *ædes.* Apud *me domi eſt. Apud villam.* Cis *Rhenum.* Citra *fines. Bibe citra ebrietatem. Ede Citra ſaturitatem Servi qui* Circum *dominum erant.* Circa *templum.* Circiter *meridiem. Circiter duo millia. Circiter hæc loca.* Contra *hoſtes.* Erga *propinquos.* Extra *terminos. Extra modum. Extra unam aniculam nemo aderat.* Intra *mœnia. Intra mo-*

dum. Intra annos quinq; Intra naves Inter convi-
vas. Inter ſe amant Infra ſolem. Supra lunã. Su-
pra modum. Juxta macellum. Ob hanc rem. Ob
oculos mihi mors perpetuò verſata eſt. Pone ca-
ſtra vel poſt caſtra. Poſt tergum. Poſt ea, poſt illa.
Per feneſtram. Reliqua per te intelliges. Per gra-
tiam hoc mihi conceſſit. Per negotia ſcribere non
potui. Probe me vel planè mecum habitabis. Præ-
ter illũ nemo adfuit. Præter cæteros honeſtus. Præ-
ter ripam. Præter caſtra hoſtium exercitum tra-
duxit. Præter ſpem præter morem. Præter officium
Propter amicã. Propter aquæ rivum jacêre. Pe-
nes te culpa eſt. Penes te eſt omnis poteſtas. Secũ-
dum flumen interfecit. Præceptoribus ſecundum
parentes plurimum debemus. Secundum jus faſq;
Secus decurſum aquarum. Trans mare. Occidẽ-
tem Verſus. Quintus uſq; Puteolos venit, vel pu-
teolos uſq;

Quindecim Præpoſitiones ſerviunt Ablativo.
A, ab, abs, abſque, &c.

Diſceſſed à doctis Deus ſtat à nobis. A pedibus.
Ab hominibus. Abs te, Abs quovis homine cum
eſt opus, beneficium accipere gaudeas. Abſq; inju-
ria. Venit Cum exercitu. Coram angelis. Clam
cuſtodibus. Sermo De rebus honeſtis. E flamma-

cibum petere. Eſt è republica. Laborat è renibus. Omnia ex animo facite. Monile ex auro & gemmis. Scitum eſt, periculũ ex aliis facere, tibi quod ex uſu ſit. Is ubi primum ex pueris exceßit. Pro templis præſidia cernitis i.e. ante. Pro merito. Pro lege & grege. Domus anguſta pro hominum numero. Eſt mihi pro præceptore. i. loco. Præ ſe armentum agit. Præ ſe fert, Præ tot millibus à Deo dilecti. Præ timore. Palam omnibus. Ablativus hic ferè omittitur. Homo Sine re, ſine fide, ſine ſpe, Vmbilico Tenus. Quatenus hactenus. Et cum genitivo, aurium, lumborum, crurum tenus,

Quatuor Præpoſitiones In, ſub, ſuper, & Subter, utriq; caſui ſerviunt Accuſativo, cũ motũ ad rem ſignificant: Ablativo, cũ in re verſari, ut, eſt in urbe, Ivit in Oppidũ. Hoſtilem in modum. i. ſecundum morem hoſtium. Colloca in menſa. Colloca eum in ſede. Proijce in ſcamnum. Iacet ſub arbore. Sub ſpecie panis. Quæ ſub aſpectũ cadunt. Sub veſperum. Sub noctẽ. Sub prandium. i.e. paulo antè. Sub galli cantum. i. paulo ante vel paulò poſt. Sub lentuli literas ſtatim recitatæ ſunt tuæ i poſt. Super ſolio ſe collavit. Super hæc omnia i. præter. Sed ſuper hac re nimis. i. de Subter teſtudine. Subter præcordia.

Præpoſitio interdum redundat, *ut, ingreditur in urbem*. Interdum omittitur, *ut, Victoria bellis civilibus ſemper eſt inſolens, pro in bellis. Eſt mihi vice filii loco parentis. Bona naturâ appetimus, pro à natura. Brevitate epiſtolæ id ſcire poteris, pro, ex brevitate.*

Præpoſitiones cum caſus amittunt, fiunt adverbia. *ut, Vitam mortemq; juxta æſtimat? Longo poſt tempore venit. Quid mare quod ſuprà memorem quodq; alluit infra.*

DE INTERJECTIONE.

O, exclamantis, & proh indignantis, Nominativum, Accuſativum & Vocativum admittunt; *ut: O conſuetudo peccandi. O rem homine Chriſtiano indignam. O Dave, itane contemnor abs te? Proh quanta humana veſania mentis. Tantum (proh dolor) degeneravimus à parentibus.*

Heu, Nominativum & Accuſativum, Hei & væ Dativum admittunt. *Heu priſca libertas Heu me miſerum. Heu mihi qualis erat. Væ iis, qui dicunt bonum malum, & malum bonum. Dicim⁹ Apage ejuſmodi ſalutem. Au, au mi homo ſanus ne es? Quem fugis ah demens: Fuge ſerve fidelis. Ohe jam ſatis eſt, ohe libelle. Vah conſilium callidum.*

DE CONSTRUCTIONE FIGURATA.

Hactenus de conſtructione regulari: Nunc de ea quæ figurata dicitur h. e. quæ â regulis communibus nonnihil diſcedit. Sunt autem figuræ præcipuæ octo: Evocatio, Zeugma, Syllepſis, Prolepſis, Syntheſis, Synecdoche, Antiptoſis, Enallage. Eæq; omnes, [quod quidem pueri diligenter obſervent] ſunt velut exceptiones ab his duabus regulis Adjectivũ & Subſtantivum, &c. Et, Nominativus præcedit verbum perſonale. Atq; adeo in pleriſq; aut aliquid ſubintelligitur, aut conſtructio ad intellectum refertur.

I. EVOCATIO.

Evocationem vocarunt, cum verbo primæ vel ſecundæ perſonæ Nominativus tertiæ perſonæ præponitur; *ut: Ego Virgilius lego. Nos poma natamus. Tu Iohannes ſcribis. Tum demũ homines noſtra intelligimus bona. Cum quæ in poteſtate habuimus, ea amiſimus.*

II. ZEUGMA.

Zeugma eſt cum multis ſubſtantivis inter ſe junctis unum verbum vel adjectivũ ad-

ditur, quod cum propiore conſenit, *ut: Nihil hic niſi carmina deſunt.*

Ego illum de ſuo regno, ille me de noſtra Republica eſt percunctatus. Sunt nobis mitia poma, Caſtaneaq́ꝫ nuces & preßi copia lactis.

III. SYLLEPSIS

Differentia Zeugmatis & Syllepſis hæc eſt: In Zeugmate verbum vel adjectivum cum propiore, in Syllepſi cum digniore ſubſtantivo conſentit. Porrò maſculinũ genus dignius eſt quàm Fœmininum, prima itẽ perſona dignior eſt quàm ſecũda, ſecunda quã tertia. *Eſt autem Syllepſis quadruplex.*

1. Syllepſis numerorum eſt, cùm duo ſingularia, aut plurale cum ſingulari poſcunt verbum vel adjectivum, vel Subſtantivum plurale, *ut: Furor iraq́ꝫ mentem præcipitant. Odium & metus peßimi ad diuturnitatem cuſtodes. Moſes & Aaron Iſraelitarum duces. Diſcipuli, & præceptor ſedulo ſuum officium faciunt. Allia ſerpillumq́ꝫ herbas contundit olentes.*

2. Syllepſis generum eſt, cum duobus vel pluribus ſubſtantivis rerum animatarum & diverſorum generum, apponitur adjecti-

vum

vum plurale, quod cum digniori in genere conſentit, ut. *Rogabat, quam pridẽ mihi pater & mater mortui eſſent. Aſcanium patremq́ meum, juxtaq; Creuſam. Alteram in alterius mactatos ſanguine cernam?*

Altera Syllepſis generum eſt, cum duobus vel pluribus ſubſtantivis rerum inanimatarum apponitur adjectivum, vel relativum plurale, idq́ue genere neutro, *ut*, *Operam ſtudium, conſilium, rem, fidem meam tibi ad omnes res parata putes. Murus & porta de cœlo tacta sũt. Vita, mors, divitiæ & paupertas omnes homines vehementer permovent, quæ qui excelſo animi deſpiciunt, in magna ſunt admiratione. Fregiſti arcum & calamum, quæ dolebas puero donata eſſe.*

Nota. Quando ſubſtantiva ſunt ejusdem generis, Adjectivum plurale in genere convenire poteſt, *ut*: *Miſericordia & perfidia pari jure dilectæ.*

3. Syllepſis perſonarum eſt, cum nominativis diverſarũ perſonarum apponitur verbum plurale, quod cum digniore in perſona conſentit, *Hæc neq; ego, neq; tu intelligimus. Ego & ille rem malè geſſimus. Tu & pater fuiſtis idololatræ.*

4. Syllepſis caſuum poëtis fere relinquenda eſt. *ut, Remo cum fratre Quirinus Iura dabāt Sine figura dicimus: Iura dabat populis, Remo cum fratre Quirinus.*

IV. PROLEPSIS.

Prolepſis eſt, cum toti alicui partes ſubjiciuntur, diverſis numeris aut perſonis, verbo non repetito; *ut: Compulerantq; greges Corydon & Thyrſis in unum: Thyrſis oves, Corydon diſtentas lacte capellas. Ambo defeßi ſumus, ego dictando, ille excipiendo.*

V. SYNTHESIS.

Syntheſis eſt, cum nomini multitudinis ſingulari reſpondet verbum vel adjectivum plurale, *ut, Turba ruunt. Maxima pars vulnerati. Duo millia crucibus affixi. Capita conjurationis trucidati. Pro quibus puer dicet: Turba ruit. Maxima pars vulnerata. Capita conjurationis trucidata.*

Huc refertur: cum Subſtantivo Adjectivū diverſi generis ſubjicitur, quæ conſtructio ad intellectum: non ad vocem refertur. Docete *omnes gentes, baptizantes eos.*

Item anomalia relativi: ſi tempus eſt ullum, qua multa ſunt.

Nota. Interdum Syntheſis cum Evocatione concurrit, *ut: In magnis læſi rebus uterque ſumus.*

VI. SYNECDOCHE.

Synecdoche eſt cum nomini adjectivo, vel verbo paſſivo, vel neutro, adjũgitur Accuſativus, qui partem totius ſignificat, *ut Æger pedes. Creſſa genus. Miles fract° membra multo labore. Pluribus ille notis variatam pingitur alvum. Purgor bilem. Galea caput ille premetur. Et cærula colla tumentẽ. Doleo caput. Et tremit artus. Orator hæc ſic effert. Eſt æger pedibus, vel ægris pedibus. Cretenſis genere, Miles cui membra fracta ſunt labore, vel miles jam fractus ſeu confectus laboribus. Alvus ei variis notis picta eſt. Cui collum tumet. Dolet mihi caput. Tremit artubus.*

VII. ANTIPTOSIS.

Antiptoſis eſt, cùm caſus pro caſu ponitur: fitq; peculiariter cum antecedens imitatur caſum relativi, *ut, Vrbem quam ſtatuo veſtra eſt. Quas ad ſenatum dediſti literas recitatæ ſunt, idq; poſterius mollius eſt præmiſſo relativo.*

VIII. ENALLAGE.

Cujus ſunt variæ Species.

1. Cum

1. Cùm verbū ſubſtantivum, ſive ſolum, ſive unū cum participio, inter duos Nominativos poſitum, quod cū præcedente convenire debeat ſequenti congruit, *ut*, *Panis erat primis virides mortalibus herba pro herba erant. Non omnis error ſtultitia dicenda eſt, pro dicendus eſt ſtultitia. Gens univerſa Veneti appellati. Ludi fuēre Megaleſia appellata.*

Paupertas mihi onus viſum eſt miſerum & grave, pro viſa eſt onus.

2. In narrationibus ſcite infinito modo pro finito utimur, *ut*: *Facile omnes perferre ac pati pro perferebat, ac patiebatur. Invidere omnes mihi. i. invidebant, vel invidere cœperunt. Sic omnia fatis in pejus ruere. i. ruunt vel ruere incipiunt, vel miſerumne eſt, ſic omnia ruere.*

ELLIPSES.

Puer etiā varias eaſque elegantes ellipſes obſervent; *Eſt qui te conventū vult. Sunt qui te conventum velint, ſcilicet quidam. Eſt quando id facere liceat, ſcilicet tempus. Eſt ubi id minùs liceat, ſcilicet locus. Mene inceptis deſiſtere victum? ſcilicet æquum eſt. Tantamne rem tam negligenter agere, ſcilicet oportet. Tranſtulit in Eunuchū*

ſuam,

ſuam, ſcilicet comœdiam. Centauro invehitur magna, ſcilicet navi. Liberatus eſt quartana, ſcilicet febri. Vbi ad Telluris veneris, ſcilicet ædem, vel tēplum. Non veſcitur Suilla ſcilicet carne. Dextra, ſcilicet manus. Natalis, ſcilicet dies. Triſte lupus ſtabulis, ſcilicet eſt, id eſt, res triſtis, Fama malum. i. e. res mala. Biennum eſt ex quo cœpi Græcè diſcere. Ex quo, ſcilicet tempore. Primas illi tribuunt. Non feram poſteriores ſcilicet partes. Nunc tuum eſt, ſcilicet officium. Non ſum ſolvendo. Non eſt ferendo oneri. Non eſt inficiando reus. Hoc pomum non eſt eſui. In his pars ſufficiens aptus aut ſimile quid ſub intelligitur. Properamus ad caſtra quæ aberant bidui, ſcilicet iter vel itinere. Veni in Tuſculanum ſcilicet prædium. Quid multis opus eſt, ſcilicet verbis. Quatuor ad ſummum quinq; ſunt inventi, pro aut ad ſummum. Onerariæ omnes ad unam nobis ſunt exceptæ, pro uſq; ad unā. Adeo elegantur ut nihil ſuprà. ſcilicet dici vel fieri poſſit. Scis latinè, ſcilicet loqui. Scire, docere diſcere fidibus, ſcilicet canere. Quid lætaris? quid gloriaris? quid triſtis es? i. propter quid. Maximā partem lacte victitant. i. ſecundū maximam partem. i. maximè. Non amplius tres ulnas: pro quàm

tres ulnas, ſeu amplius tribus ulnis. Cic. de Dione. 2. in Verrem Seſtertium decies ei numeravit. Hic ſubauditur centena millia, quæ in prima in Verrē expreßit. Poſſum dicere, in pionem ſeſtertium decies centena millia numeraſſe. Sunt & alia pluri ma, quæ docebit rerum omnium magiſter uſus.

GRÆCISMI.

Sunt & Græciſmi, quibus parcè uti licet. Videre eſt i. e. licet. Paratus omnia perpeti, & ad perpetiendum. Indocilis pauperiem pati. Aggredior dicere, & ad dicendum. Sæpe mane ingreſſum ſcribere nox oppreßit Conſilium ceperūt ex oppido profugere, vel profugiendi quod eſt uſitatius. Tempus jā eſt de ordine argumentorū dicere, vel nunc de ordine argumentorum dicendi tempus eſt, vel nunc tempus eſt dicamus, vel ut dicamus, &c. Honeſta bonis viris non occulta quæruntur.

POETICA.

Hæ atq; aliæ formæ loquendi, Poëtis & horum ſimilibus ſunt relinquenda. Peritus cantare pro cantandi. Amor cognoſcere, pro cognoſcendi Venio ſalutare amicos pro ſalutatum. Da mihi edere, bibere pro, Da quod edam, da quod bibam. Æternas quoniam pœnas in morte timendum eſt: pro

pœnæ

pœnæ æternæ timendæ ſunt. Senſit medios delapſus in hoſtes pro ſenſit ſe delapſum eſſe in hoſtes Tutumq́; putavit jam bonus eſſe ſocer pro bonum eſſe ſocerum. Abſtine irarum, pro ira. Deſine querelam pro deſine iraſci, aut queri Canum degeneres, pro Canes. Duo ordinarij conſules ejus anni, alter morbo alter ferro perijt. pro, duorum conſulum alter. It clamor cœlo, pro ad cœlum. Merſus profundo. pro, in profundum. Deducunt naves pelago pro, in pelagus, viſaq; & intrata eſt alta mihi curia Trojæ, id eſt à me, Paulum ſepultæ diſtat inertiæ celata virtus. i. ab inertia. Noli pugnare duobus, pro, cum duobus. Induo te veſtem vel induo tibi veſtem vel induo te veſte. Torvum tuetur. i. torvè. Immane ſpirat. pro immaniter. Oberat veſpertinus. nocturnus, matutinus, pro Veſperi, noctu. Mane. Itē illa. Egregius animi. Magnorum indignus avorum. Timidus procellæ. Trepidi rerum. Cæcus animi. Lapſus & victus animi. Pendeo animi Animi ſe angebat. Iuſtitiane prius mirer bellive laborum & alia penè innumera.

Qui Ordo pueris in exenda oratione ſequendus ſit.

1. Vocativus orditur ſententiam: aut ſi is de eſt,

deeſt, Nominativus: aut quod pro Nominativo ponitur.

2. Nominativum proximè ſequitur verbum finitum.

3. Verbo finito adjungentur obliqui, aut infinitivus, aut adverbia.

4. Impersonalia quoque inchoant conſtructionem ſine Nominativo, Sed hæc exemplis declarentur, ut:

Publium Scipionem, Marce fili, eum qui primus Africanus appellatus eſt; dicere ſolitum ſcripſit Cato qui fuit ferè ejus æqualis, nunquam ſe minus otioſum eſſe, quàm otioſus; nec minus ſolū, quam cum ſolus eſſet. Hæc ita reſolvenda ſunt. M. fili. Cato qui fuit ferè ejus æqualis Scipionis, ſcripſit. P. Scipionem, qui primus appellatus eſt Africanus, ſolitum eſſe dicere, ſe nunquam eſſe minus otioſum, quàm tunc cum eſſet otioſus, nec ſe unquam eſſe minus ſolum, quam cum eſſet ſolus.

ALIUD.

Sed quoniam (ut præclarè ſcriptum eſt à Platone) non nobis ſolum nati ſumus, ortusq; noſtri partem patria vendicat, partem parentes, partē amici, atq; placet Stoicis, quæ in terris gignuntur, ad

ad uſum hominum omnia creari homines autem hominum cauſa eſſe generatos, ut ipſi inter ſe, alij aliis prodeſſe poſſent: in hoc naturam debemus ducem ſequi, & communes utilitates in medium afferre, mutatione officiorum, dando, accipiendo, tum artibus, tum opera, tum facultatibus devincire hominum inter homines ſocietatem.

Sed quoniam nati ſumus non ſolum nobis, ſed patria vendicat ſibi partem ortus noſtri & parentes vendicat, ſ, p, o, n, & amici, &c. ut ſcriptum eſt à Platone præclarè atq; quoniam placet Stoicis. i. e. Stoici cenſent, ea omnia, quæ gignuntur in terris, creari ad uſum hominum, homines autem generatos eſſe cauſa hominũ, quoniam inquam, ſic ſenſit Plato, item Stoici: debemus in hoc ſequi naturam ducem, h, e, in hac re imitari naturam, h, e, afferre utilitates communes in medium, h, e, debemus devincire ſocietatem hominum inter homines mutatione officiorum, h, e, dando accipiendo, tum artibus, tum opera, tum facultatibus.

ALIUD.

Non datur ad Muſas currere lata via.

Via currere (pro via currendi Græco more) ſeu via, quâ curritur ad Muſas: non datur lata.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-574728-p0239-6

Majores cadunt altis de montibus umbræ.
Vmbræ cadunt majores de montibus altis.

Non minor eſt virtus quàm quærere, parta tueri. Tueri parta i. Parſimonia, non eſt virtus minor quā quærere, i. e. quā induſtria in quærendis opibus.

Nullus erat juſtis, reddere jura labor.

ALIVD.

Cicer Quoniam autem vivitur, non cum perfectis hominibus plenéq; ſapientibus ſed cum iis, in quib⁹ præclarè agitur ſi inſunt ſimulacra virtutis, etiam hoc intelligendum puto, neminem omnino eſſe negligendum, in quo aliqua ſignificatio virtutis appareat: colendum autem eſſe ita quemq; maximè ut quiſq; maximè virtutibus, his lenioribus erit ornatus, modeſtia, ac ea ipſa, de qua jam multa dicta ſunt juſtitia.

Sed quoniam vivitur cum hominibus non perfectis. & plenè ſapientibus ſed cum iis, in quibus ſi inſunt ſimulacra virtutis: agitur præclare, hoc eſt, quo lætemur, non eſt quod conqueramur ſeu, eſt quod bene nobiſcum agi putemus. Quoniam inquā vivimus cum hominibus non perfectis. (Redditio puta hoc etiam eſſe intelligendum neminem omnino, in quo appareat i. in quo videatur eſſe ſimu-

lacrum

lacrum virtutis, eſſe negligendum, ſed ut quiſq; erit maximè ornatus virtutibus lenioribus &c. Ita quemq; eſſe colendum maximè, Hoc eſt, ſciendum eſt, omnes in quibus aliquid probitatis eluceat, colendos eſſe, verum ita, ut quo quis erit magis ornatus juſtitia, &c. eo etiam magis in nobis colatur, quod poſteriùs faciliùs erit germanicè explicare.

DE RATIONE DISTINGUENDI, Seu Interpungendi.

Diſtinguendi ratio eſt quadruplex.

Una eſt ſemicirculus, utroq; cornu levem ſpectans. Hujus munus eſt nõ integrã ſentẽtiã, ſeu periodũ terminare aut ſentẽtiæ partes, ſeu membra diſcernere: ſed nomina aut verba diſtinguere, ſi modo inter ſe differãt.

Altera eſt punctum cũ ſubjecto ſemicirculo. Hanc utimur, cũ aut contraria nomina & ſententiæ partes ſibi oppoſitas, diſcernimꝰ: aut cũ propter ſententiæ varietatẽ ſemicirculus parum viriũ habet ad diſtinguendũ, quòd ſententia feratur curſu nimus pręcipiti, cum parumper deberet conſiſtere: geminum autem punctum, magis quàm par eſt ſententiam, quæ non fert tantam ſeparationem, redardat.

Tertia eſt, punctum geminum, quorum alterum ad ſummum, alterum ad imum literæ ſignatæ. Hujus uſus eſt, cum ſententia adhuc pendente, & redditionem poſcente, major, quàm ſi aut ſemicirculi, aut puncti cum ſemicirculo, mora requiritur, quod ferè fit, cum ſententia multa membra habet, quæ ſingulis ſuis verbis reguntur.

Poſtrema eſt, punctum unicum, ad imum literæ collocatum. Hujus ea vis eſt, ut ſententiam jam perfectam ac planè abſolutam terminet. Ubi tamen membra ſunt conciſa colo potius quàm puncto utendum, ut hoſpitium mihi para: cras enim adero.

Si verò poſt unicum punctum ſequatur ſententia ſuperiori non diſſimilis: primum ejus verbum incipiendum eſt litera minuſcula, & verò diſſimilis; majuſcula. Quod ſi non ſolum diſſimilis ſententia, ſed diſſimile omnino argumentum ſequatur, tunc ea quæ ſequuntur, & puncto, & litera majuſcula etiam cum aliquo intervallo ſunt ſe jungenda, Exempla.

Etſi ea eſt perturbatio omnium rerum, ut ſua quem-

quemq; ſortuna maximè pœniteat; nemoque ſit, quin vbivis, quam ibi ubi eſt eſſe malit: tamen mihi dubium non eſt, quin hoc tempore bono viro, Romæ eſſe miſerrimum ſit. Item *Quanquam te Marce fili annum jam audientem Cratippum, idq; Athenis abundare oportet præceptis, inſtitutiſque Philoſophiæ, propter ſummam & doctoris autoritatem, & urbis; quorum alter te ſcientia augere poteſt, altera exemplis: tamen ut ipſe ad meam utilitatem ſemper cum Græcis Latina conjunxi, neque id in Philoſophia ſolū, ſed etiam in dicendi exercitatione feci, idē tibi cenſeo faciendum, ut par ſis in utriuſq; orationis facultate.* Itē: *Tacito cùm opus eſt clamas; cum loqui convenit obmuteſcis.* Item: *Tu quid divitiæ valeant libēter ſpectas; quid virtus non item. Iteranda eadem iſta mihi: non enim ſatis intelligo.*

De aliis ſignis.

Interrogatio in hunc modum pingitur? *Et dubitant homines ſerere atq; impendere curam?* Interdum vero, licet manifeſta interrogatio ſit, tamē nota interrogandi non utimur: & cum ſententia eo uſq; producitur, ut illa interrogandi vis quæ primis verbis agnoſcebatur, longiore paulatim

ſpatio diminuta evaneſcit:ut, An tu putas eſſe bonos veros, qui amicitas utilitate ſua colunt; nihil ad humanitatem, nihil ad honeſtũ referunt: nec libẽter ea curant, quæ ego niſi curarẽ præter cæte=ra, prorſus me tua benevolẽtia, in qua magnã felicitatis meæ partem ſoleo ponere, indignũ putarẽ.

Admiratio ſic! *Rejecit ſe in eũ flens, quàm familiariter! Quanta calamitas Reipub. impendet!*

Parentheſis ſeu interpoſitio ſic notatur () *Facit hoc vel virtus tua, vel vicinitas (quod ego in propinqua parte amicitiæ puto) ut te audacter moneam. Parentheſi autẽ includi oportet ea, quæ nec ſententiæ partes ſunt, nec ab ullo aut antecedente aut ſupſequente verbo reguntur: nec ſi abſint detrimenti quicquam patitur ſententia.*

Diereſis duobus punctis ſignatur, ut, *Poëma, poëta, aquaï.*

Diaſtalis *cum videlicet dictio aliqua prolixior, propter paginæ, quã tenemus, anguſtias dividitur, fere hac-nota aut ea etiam geminata indicatur.*

DE PROSODIA.

„ PRoſodia eſt, quæ ex ſyllabarum quan-
„ titate docet, quo accentu dictio quæ=
„ que ſit pronuncianda, & verſatur circa ſyllabas.

Omnes

Omnes ſyllaba aut prima ſunt, aut media, aut ultima, eaq; vel longa, vel breves, vel ambigua. Harum omnium quantitas cùm in genere cognoſcitur, tùm etiam cognoſcitur in ſpecie.

- *In genere.*
  - *Omnium.*
    - *Poſitione.*
    - *Diphthongo*
    - *Regula.*
    - *Exemplo.*
- *In ſpecie.*
  - *Prima ac media*
    - *Vocali ante Vocalem.*
    - *Derivatione.*
  - *Prima*
    - *Præpoſitione.*
    - *Compoſitione.*
  - *Media*
    - *Accentu.*
  - *Vltima. terminatione.*
    - *Diminnutione.*
    - *Vocalis. aut Conſonantis.*

DE SYLLABARUM QUANtitate in genere.

DE OMNIBVS SYLLABIS.

Quantitas ſyllabarum omnium in genere cognoſcitur modis quatuor.

I. POSITIONE.

Quâ ſyllaba producitur. *Poſitio autem fit.*

I. Aut revera, cum in eadem dictione, vel in diverſis, duæ pluresve conſonantes aut una geminata, vocalem conſequitur, ut:

Carnem *Ineptus,* *Sapiens.*
Annus *Capillus,* *Solers.*

II. Aut facultate, cum è duplicibus aliqua ſequitur vocalem, vel litera *j.* inter duas vocales ponitur, ut:

Axis, *Alexander,* *Felix.*
Gaza, *Obryzum.*
Cajus, *Pompeius,* *Harpyja.*

Muta cum liquida, ſyllabam natura brevem, reddit ancipitem; ut, quia prior in Pater brevis eſt ideo & in patris, propter mutam cum liquida, communis eſt. At Matris ſemper longa manet, quia a in Mater longum eſt.

Si verò muta & liquida non ſint in eàdem ſed diverſis ſyllabis, exceptioni huic locus non eſt, id quod fit in compoſitis, *ut: ab-nuo ob-ligo, ob-ruo, &c. in quibus primæ ſyllaba ſemper producuntur.*

DE DIPHTHONGO.

Quâ eodem modo ſyllaba producitur, ut:

Aula, *Eurus.*
Ævum, *Cœlum.*

Exci-

Excipitur Præ, ſequenti vocali, ut:

Præuſtus. Praeo.

Diphthongus Græca ει apud Latinos in I. & E ſæpe tranſit & manet longa, *ut: Muſeum, Idolum*

III. REGULA.

Qua ſyllaba & produci poteſt, & corripi.

Regulæ autem uſitatiſſimæ numerantur, fere hujuſmodi.

I. Contractio longam efficit ſyllabam, ut, *Tempe, Mele, Cete. Nil, pro nihil. Di, pro Dij Mi, pro Mihi. Quis, pro Quibus. Tibicen, pro Tibijcen.*

II. Monoſyllaba fere producuntur, ut.

Par, Mas, Ver, Lis, Bos, Sol, Fur, Sus.

Item: Do, Sto, Flo, Dic, Duc.

Item: Ne, Non, Cur, Sic, En, Sin, Quin.

Excipiuntur, Mel, Fel. Item: Fit, Scit. Item: Bis, Ter, An, & quædam alia de quibus in ultimis ſyllabis plura.

III. Præterita duarum ſyllabarum priorem producunt, ut: *Veni, Vidi, Vici.*

Excipiuntur ſex: Dedi, Steti, Scidi, Fidi, Bibi, Tuli, cum compoſitis.

IV. Præterita principium geminantia, primam habent correptã, *ut, Cecidi, Didici, Momordi, Cucurri.*

V. Præteritorũ non diſſyllaborum, tanta eſt prima præteriti, quanta prima præſentis, ut, *Amo habet primam brevem ergo, & amavi. Excipiuntur genui à gigno, poſui à pono.*

VI. Supina duarum ſyllabarum producuntur, Excipiuntur novem, *Datum, ratum, ſatum, citum, itum, litum, quitum, ſitum, rutum.*

VII. Tempora verborum, præſentis & præteriti, de quibus formantur, etiã in reliquis temporibus & modis ſequuntur quantitatẽ. *ut, Lego in iis quæ ab indicativo præſenti veniunt, corripitur. Legebam, legam, lege, legito, Legerem, legere. In iis quæ à pæterito, producitur, Legi, legeram, legiſſem, legerim, legero, legiſſe.*

IV. EXEMPLO.

Quo ſyllaba anceps eſt, corripi enim & produci poteſt. Eo utimur, cũ reliquis deſtituti ſumus. Et exempla cum lectione tum exercitatione comparantur. Crebo igitur ſcribendum, & multa optimorum Poëtarũ carmina memoriæ mandãda ſunt. Huc pertinet, *Verus. Clandeſtinus, Inquino, Rubrica, Temẽtũ.*

DE PRIMA AC MEDIA SYLlaba in genere.

Hactenus de ſyllabis omnibus in univerſum:

nunc de prima tantum ac media, quæ propter rationes, quas modo enumeravi, duabus aliis dignoſcuntur.

I. VOCALI ANTE VOCALEM.

Qua plerumq; ſyllaba corripitur, ut: *Priamus, Italia. Filius, Ianua, Servitium, Puella.* Hoc mutatur interdum.

I. Imitatione Græcorum.

Laërtes, Menelaus, Medea, Briſeis. Pierus. Io.

II. Conſuetudine Latinorũ ut in genitivis & dativis quintæ, *Diei, Speciei*, & genitivis pronominum: *Nullius, unius, illius, ipſius*, & in verbo *Fio, fiam, fiebam*. Nam ſequente R corripitur, *ut, fierē, fieri, In aër quoq; prima producitur.*

Alterius penultimam brevem retinet Vocalis ante Vocalem in diverſis dictionibus eliditur per Synalœphã. Si vero non elidatur, licentia poëticæ adſcribitur, & vocalis alioquin longa corripitur.

II. DE DERIVATIONE.

Qua ſyllaba utramque quantitatem recipit, qualis in quantitas originis, talis itē ejus, quod inde deſcendit, *ut Suffoco à faucibus. Primam pruducit. Iocari primam habet brevem, venit enim à nomine jocus. Ita dicimus ſalubris, ſimulâ-*

mulâcrum, volutâbrum, licet vocalem ſequatur muta cum liquita quia ſunt à ſalutis, ſimulâcrum, volutâtum.

Excipe E in Scatebra, latebra. Item in liquefacio, tebefacio, madefacio. Calefacio anceps eſt, *licet origo ipſa ſit longa.* Comitia item pronubus, *repugnant origini.* Connubium eſt anceps.

Mutatis literis etiam quantitas plerumque mutari ſolet *Ideoq́; jumentum à juvo, mobilis & momentum à moves, fomes & fomentum à foveo, producunt primam.*

Nomina verbalia plerumque à Supinis derivantur, quapropter etiam ſupinorũ quantitatem retinent, *ut, Iūmentum à jūtum, Fōmes & fōmentum à fōtum.*

Exceptio.

A brevibus derivantur dictiones longę, ut, *Ferio à feriæ, & ferior. Iugum jugerũ à lateo laterna, à rego rex regis, & regula, à ſecꝰ ſeciꝰ, à ſedeo ſedes, à ſtibe ſtipēdiũ, à tego tegula à voco vox vocis.*

A longis derivantur dictiones breves, ut, *ab areo arena, à dico dicax, à duco dux ducis, à fido fides à luceo lucerna, à no, navi natum, nato, à notum nota, ab odi odium, à ſagio ſagax, a ſopio ſopor, à vado vadum, à varix varicoſus.*

DE SYLLABARUM QUANTItate in ſpecie.

DE PRIMA SYLLABA.

Prima Syllaba ſeperatim dupliciter cognoſcitur.

I. PRÆPOSITIONE.

Harum aliæ in compoſitione ſunt.

1. Breves, ut:		2. Longæ	
Ab	*Abeo*	*A*	*Amitto.*
Ad	*Adeo.*	*E*	*Emitto.*
In	*Ineo.*	*DE*	*Demitto.*
O	*Omitto. Horat. repeto quæ nuper omiſi*	*PRO*	*Promitto. & inſeparabiles*
Ob	*Obeo.*	*DI*	*Dirigo.*
Per	*Pereo.*	*Co*	*Copulo.*
Sub	*Subeo, & inſeparabilis*	*Se*	*Separo.*
Re	*Redeo*	*Tra*	*Traduco.*

Excipiuntur dirimo & diſertus. Item procellæ proceres, profanus, profari, proficiſcor, propitius. profugio, profecto, profundus, pronepos, proneptis, protervus, & propago pro gente. Pro in procurro, profundo, propello eſt anceps.

II. COMPOSITIONE.

Quæ ſyllabarum correptiones & moras ipſo ſignificat accentu, *ut: Potens impotens, Voro devoro. Gravis pergravis Bene perbene. pen. brevi Pono, Durus perdurus. Primùm apprimè pen. longa.*

Præpoſitio in Compoſitione tanta eſt, quanta eſt extra compoſitionem, vel poſitio ut, niſi inter veniat Addico, iniicio, Reſpondeo, Percurro, vel Vocalis ante Vocalem, *ut: Dĕamo, Prŏhibeo.*

DE MEDIA SYLLABA

Media Syllaba ſpeciatim etiam cognoſcitur dupliciter.

I. ACCENTU.

Quo ſyllaba modo longa modo brevis eſt.

2. Penultima cum eſt longa habet accentū, *h. e. extollitur, vel majeri cum mora pronūciatur ut muſtellinus, murinus, aquilinus, procinus, anſerinus penultima eſt longa* (Nam adjectiva in INUS quæ ſunt à rebus animatis penultimam producunt) *Ergo etiam habet accentum.*

Hanc regulam ſi in hunc modum convertas. quantitatem penultimæ deprehendes.

Penultima cum habet accentum, longa eſt, ut penultima ſalubris habet accentum. Ergo eadem etiam producitur

1. Cum penultima eſt brevis, accentus eſt in antepenultima, ut, *Adamantinus, Chryſtallinus Faginus, Amygdalinus penultima brevis,*

Nam adjectiva in INUS, quę non ſunt â

rebus

rebus animatis, penultimam corripiunt. Ergo accentus eſt in antepenultima.

Sic penultima in philoſophia, ſymphonia, eſt brevis, Ergo latino tono dicendum eſt philoſophia, ſymphonia pen. brevi.

At Græco tono dicendum eſt philoſophia, ſymphonia pen. longa.

Nam Græci rationem habent ultimæ: Latini penultimæ.

Hæc quoq; ſecunda regula ſic convertitur.

Penultima non habet accentum: ergo eſt brevis, ut, inquino, contamino penultima non habet accentum. Ergo eſt brevis. Inquinat egregios adjuncta ſuperbia mores.

Neq; tamen pueri ſic colligent, in Dominus, hominibus, antepenultima habet accentum Ergo eſt longa. Nam de ſola penultima, ex accentu judicatur.

II. DIMINUTIONE.

Qua ſyllaba indifferens eſt, & quantitatis utriuſque particeps. Eſt autem diminutio, cum de fine dictionis una atq; altera pluresve ſyllaba demuntur, & ex eo quod reliquum eſt, elicitur quantitas. Fieri hoc nequit, niſi in dictionibus quatuor aut plurium ſyllabarum.

Tibullus.

Pieridas pueri, doctos & amata Poëtas. In nomine *Pieridas* adjecta ultima ſyllaba, manet *Pieri*, unde antepenultimam intelligimus eſſe brevem. Itē: *Sceleratiſſime.* Si ſcire voles, *Le* quanta ſit, tolle ſyllabas finales tres. *Ra* quātā aufer duas: & hanc produci illā corripi, ex ipſo deprehendes accentu.

DE ULTIMA SYLLABA, REGULÆ.

1. Quanta eſt penultima genitivi in iis, quæ Nominativum ſyllaba ſuperant, tanta eſt ultima Nominativi, *ut, Penultima incûdis & locuplêtis longa eſt: Ergo ultima in incus & locuples longa eſt. Sic penultima in præſidis & vulneris, brevis eſt: Ergo ultima in præſes & vulnus eſt brevis. Huc pertinet palus, ſalus, tellus. Item: Miles, ſeges ales.*

Idem fit in verbis, ut dicimus, amate, docete, audite. Ergo, ultima in ama audi, producitur. Dicimus, legite, & legeritis, ergo ultima in lege & legeris eſt brevis.

Excipiuntur quædam in AL, AR, & OR, ut, Animal, calcar, amor, major & majus. Hæc enim ultimam brevem habent, licet penultima Genitivi ſit longa.

Con-

Contrà Ceres, paries aries, abies, compes, impar habent ultimam longam, licet penultima Genitivi ſit brevis.

Omnes obliqui Latinis longi ſunt.

Exceptio. (*Ipſius.*

Genitivus in IS, ut, *Imaginis*, & in IUS. ut

Ablativus in E tertiæ, ut, *Imagine*, neutra in A, ut, *Scamna, Cubilia*, Et caſus in BUS, ut, *Duabus, imaginibꝰ, ſpeciebus, fructibus*, corripiũtur.

Vocativi quantitas eadem eſt, quæ Nominativi.

REGULÆ DE ULTIMÆ SYLLABÆ quantitate ex terminatione cognoſcenda, quatenus ea quidem ex incremento & regula de obliquis cognoſci nequit.

1. Nominativi in A corripiũtur; *ut Muſa, Poëta Dogma, Scamna, Bactra. His adde Ita & Quia.*

Producuntur. 1. Numeralia, *ut Triginta, Quadraginta.*

2. Vocativi primæ in AS & ES, *ut ô Æneā.*

3. Partes indeclinabiles *ut: prætereā, fruſtrā.*

2. In E *ut Cubile, Cape, legere, Item conjunctiones enclitica, que, ne, ve corripiuntur.*

Excipe, producendos imperativos ſecundæ *ut: docē*, Item Ablativos quintæ declinationis *ut: Speciē, faciē.*

Vale

Vale, vive, cave, interdum etiam corripiuntur.

Horat. Dexter ſtetit, & cave faxis.

Adverbia ab adjectivis orta (exceptis benè & malè) producuntur, *ut Doctè, doctiſſimè His adduntur ferè, fermè, hodie, Cætera, ut, ritè corripiuntur.*

3. In I. *ut, Legi, gummi, producuntur. Excipe, niſi quaſi mihi tibi, ſibi, Item, Vbi, & ibi cum compoſitis ſunt communia.*

4. In O, ferè ſunt communia, *ut, Sermo, amo, amando.*

Gerundia in Do. à Virgilio ferè producuntur, ſed ab aliis Poëtis uſurpantur communiter.

Adverbio in O, ut, Tutò, ſerò, verò, producuntur, Iuvenalis tamen dixit: Gelatum ſerò duelli pœnitet. Citò, modò, cum compoſitis item, ſerò quando, habentur communia. Duo. Ego, ſcio, neſcio, illico, corripiuntur.

5. Omnia in U producuntur *ut, Cornū, diū.*

6. Quæ deſinunt in C. D. L. N. R. T. corripiuntur, *ut, Donec, id, fel, tamē, parumper, quot. Sal, ſal, par, ſol, ver, cur, fur producito, ſic, en, Fac, hic, pronomen, vir, cor, communia ſunto.*

M. in fine eliditur, in Compoſitione autem corripitur, ut: *Circumagi juven.*

7. In AS, ES & OS producuntur, *ut, Foras, arbos, fides, Anchiſes.*

Excipe Anăs, anătis, Vas, vadis.

Græca Fœminina in AS (formata per ădos) & Accuſativi plurales tertia Conjugationis corripiuntur, Pallas, Pallados.

Compos, impos, Os oſſis, item penes præpoſitio & es cum compoſitis ades, abes corripiuntur.

8. In US, & IS brevia ſunt, *ut Piſcis, Dominus, fructus. Velis, poſſis, ſis, vis & ſis cum compoſitis longa ſunt. His adde Dativos & ablativos plurales.*

Ris conjunctivi modi, ut, dederis rariùs breve reperitur. Adverbia forīs & gratīs producuntur.

Secunda perſona præſentis quartæ conjugationis eſt longa, *ut, Audis, neſcis. Atq; hæc de ſyllabis. Nunc de pedibus qui ex legitima ſyllabarum compoſitione fiunt.*

DE PEDIBUS.

Pes eſt numeroſa ſyllabarum diſpoſitio certis temporibus definita.

Pedum alij conſtant ex duabus ſyllabis, alij ex tribus, & alij ex quatuor.

Pyr-

Pyrrichius conſtat ex duabus brevibus. ⏑⏑ *Deus.*

Spondeus conſtat ex duabus longis – – *Vindex.*

Trochæus vel choreus conſtat ex longa & brevi. – ⏑ *Omnis.*

Jambus conſtat ex brevi & longa ⏑ – *Mali.*

Dactylus conſtat ex una longa & duab' brevibus. – ⏑⏑ *Pectore.*

Anapæſtus conſtat ex duabus brevibus & una longa ⏑⏑ – *Hilari.*

Moloſſus conſtat ex tribus longis – – – *Virtutes*

Tribrachus conſtat ex tribus brevibus ⏑⏑⏑ *Colite.*

Proceleuſmaticus conſtat ex quatuor brevibus ⏑⏑⏑⏑ *Hominibus.*

Choriambus conſtat ex prima & ultima longa, & intermediis duabus brevibus. – ⏑⏑ – *Hiſtoria.*

HEXAMETRUM SEU HEROICUM.

Carmen Heroicum ſex regiones ſeu loca tenet.

In primis quatuor locis utrumvis pedem.

dem Dactylum vel Spondæū recipit. Quinto Dactylum tantum, Sexto Spondæum vel Trochæum. Nam ultima cujuſque verſus longa eſt, vel brevis.

Qui cupit optatam curſu contingere metam,
Multa tulit fecitq́, puer, ſudavit & alſit. bonu Verſu

Spondæus interdum in quinta regione pro dactylo ponitur, ut Armatumq́ auro circumſpicit Oriona, qui verſus vocatur Spondaicus.

Obſervandum eſt, Syllabam interdum in fine Hexametri ſuper eſſe, quam proximus verſus excipit. Id genus verſuum Hypermetros vocant, ut.

Aut dulcis muſti Vulcano decoquit humorem,
Aut foliis undam tepidi deſpumat aheni.

PENTAMETRUM.

Pentametrum quinq́ regiones tenet.

In prima & ſecunda recepit Dactylum vel Spondæum: deinde ſyllabam longam. In tertia & quarta Dactylum tantúm, Poſtremò ſyllabam longam vel brevem. *Fide Deo, & curis cætera liber age.*

Pentametrum Hexametro junctum conſtituit carmen, quod dicitur elegiacum, ut:

Neſcio quâ natale ſolum dulcedine cunctos
Ducit & immemores non ſinit eſſe ſui.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-574728-p0271-0

JAMBICUM SENARIUM.

Jambicum Senarium ſeu trimetrum optimum habetur, quod conſtat ex puris Jambis: proximum quod alternis locis habet Spondæum, ut:

Suis & ipſa Roma viribus ruit.

Nam ſera non eſt ad bonos mores via.

PHALEUCIUM SEU HENDECASYLLABUM.

Phaleuciũ quinq; regiones tenet: & recipit regione.

Prima	Spondęum	*vitam*
Secunda	Dactylum	*quæ faci-*
Tertia	Trochæum	*unt be-*
Quarta	Trochæum	*ati-*
Quinta	Trochæum vel Spondæum.	*orem.*

SAPPHICUM.

Sapphicum obtinet regiones quinq; recipit regione

Prima	Trochæum	*Inte-*
Secunda	Spondęum	*ger vi-*
Tertia	Dactylum	*ta ſcele-*
Quarta	Trochæum	*riſq;*
Quinta	Trochæum vel Spondęum	*purus.*

Tertio verſui ſolet Adonicus ſubiici, qui duas regiones habet, priore Dactylum, poſteriore Spondæum ut: *In-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-574728-p0273-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-574728-p0274-7

Integer vitæ ſceleriſq; purus,
Non eget Mauri jaculis, nec arcu.
Nec venenatis gravida ſagittis:
Fuſce pharetra.

CHORIAMBICUM ASCLEPIADEUM.

Choriãbicũ quatuor regiones tenet. Recipit regione.

Prima	Spondæum	*Mæce-*
Secunda	Choriambum	*nas atavis*
Tertia	Choriambum	*edite re-*
Quarta	Jambum vel Pyrrichium.	*gibus.*

GLYCONICUM.

Glyconicum ex tribus pedibus conſtat.

Spondæo	*Rex eſt*
Choriambo	*qui poſuit*
Jambo vel Pyrrichio.	*metus.*

DE INCISIS SEU CÆSURIS.

Duæ potiſſimum Cæſuræ ſunt obſervandæ, Penthemimeris & Heptemimeris.

Nequi enim is elegans verſus habetur qui non alteram, aut utramq; cæſuram habet, ut hi verſus Horat.

Et poſt Punica bella quietus quærere cæpit,
Pleraq; differat & præſens in tempus omittat.

1. Penthemimeris ſeu ſemiquinaria eſt, cũ poſt duos primos pedes ſyllaba remanet, dictionem finiens, ac velut incîdens. Dicta

eſt ſemiquinaria, quod quinque ſemipedes, hoc eſt, duos pedes cũ dimidio contineat.
Vitaq; cum gemitu fugit indignata ſub umbras.
Et pueri eſt ætas mollis & apta regi.

2. Hepthemimeris ſeu ſemiſeptenaria eſt, cũ poſt tres primos pedes ſyllaba relinquitur, dictionem terminans, atq; è ſequentibus nonnihil recîdens. Dicta eſt ſemiſeptenaria quod ex ſeptem pedibus conſtet, ut:
Inſignem pietate virum, tot adire labores.

DE FIGURIS POETICIS.

1.2. Protheſis apponit capiti quod Aphæreſis aufert.

Proſtheſis, ut gnatus pro natus, Aphæreſis, ut, temno pro contemno.

3.4. Syncopa de medio tollit, quod Epentheſis auget.

Syncopa dixti pro dixiſti, Epentheſis, ut, navita pro nauta.

5.6. Aufert Apocope finem, quem dat Paragoge.

Apocope, ut mancipi pro mancipiï. Paragoge, ut, accingier, pro accingi.

7.8. Syſtole productam breviato, Diaſtole contra

Syſtole, ut obſtupui ſteterúntq́; comæ pro ſteterunt. Diaſtole: & verſa pulvis inſcribitur haſta.

9.10. Antiſtœchon erit, ſi dixeris impete & olli. (eſt.

Pro Teucer dicis ſi Teucre, Methateſis hęc

11. Quo res cunq; loco, eſt Tmeſis, quocunq; loco res. (unam.

12.13. Separat in binas aliquando Diæreſis

Sed binas quandoq́; Synęreſis arcet in unam. *Diæreſis, ut perſoluêre pro perſolvere.*

Synæreſis, ut alveâria quadriſyllabum, pro alvearia. (Habetur,

14. Italiam contra cum dicis, Anaſtrophe

15.16. M necat Ecthlipſis, vocalem aufert Synalœpha.

Orandum eſt ut ſit mens ſana in corpore ſano.

Non facile eſt æqua commoda mente pati. Ovid.

Eſt & ubi vocalis longa aut Diphthongus ſequente vocali non eliditur, ſed corripitur, idq́; more Græcorum, ut,

Credimus an qui amant ipſi ſibi ſomnia fingunt.

Item, Inſulæ Ionio in magno.

Et longum formoſa vale vale inquit Iola.

FINIS.

1646

N N N N

N N N

N N

N N N N N N N N

N N N N N N N

N N N N auru

N N N

MAJOR

ULB Halle 3
006 655 149

42 2/UMU

VD17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-574728-p0279-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-574728-p0280-0

Grammatica

LATINA,

In uſum ſcholaſticæ juventutis

EMENDATA

Et ex Gieſſenſium Grammatica

aucta.



RINTELI,

Typis & impenſis PETRI LUCII,

Typogr. Acad.

M. DC. XLII.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle (Saale)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-574728-p0281-6